

ACADEMICORVM PHILOSOPHORVM INDEX HERCVLANENSIS

EDIDIT

SEGOFREDVS MEKLER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMII

PRAEFATIO.

I. 'Incerti auctoris liber, cuius titulus non superest'[1]), ab Ioanne Bapt. Casanova anno proximi saeculi octavo evolutus, eodem quo Ludovicus Corazza gemellum de Stoicorum successionibus aperuit, in bibliotheca papyrorum Musei Neapolitani exstat octo tabulis marginatis paginas XXXVI complectentibus vitroque inclusus et numero 1021 insignitus[2]). cuius effigiem cum Itali in Collectionis Alterius tomo primo sollerter quidem arte chalcographa exceptam quovis tamen interpretamento carentem edidissent, felicissimo Leonardi Spengelii acumine effectum est, ut litterarum veluti nullo consilio glomeratarum farrago, cui ille Academicorum philosophorum *πίνακα* inesse agnoverat, documenti speciem indueret vere humani[3]). non ita multo post editio reapse princeps prodiit a Francisco Buechelero curata, qui diligentius in libelli anonymi indolem inquirendo egregium sagacis ingenii speciem dedit artem criticam affabre exercentis[4]). eodem fere tempore Theodorus Gomperz, qui in opusculum tractandum iam pridem studia impenderat[5]), cum iam in eo esset ut plagulas novis curis auctas atque perpolitas in lucem proferret, in illud tempus rem gerendam prorogare animum induxit, quoad volumen ipsum cum pulvisculo excussisset: quam cognitionem spei suae secus respondisse ingenue

1) Verba sunt Minervinii, Coll. Alt. I p. 8. cf. Hercul. voll. Oxon. 1824 part. I. praef. p. V.

2) Nescio quibus causis commoti Spengel Philol. Suppl. II 5 p. 536 et Roeper Philol. Anz. II p. 22 de volumine superstite desperent.

3) Sp. l. l. p. 535: '*Wir haben hier ... nichts geringeres als eine angabe der diadochen der akademischen schule*'. primum illum conatum, cui laudem suam Buecheler p. 3 non detraxit, Comparetti '*assai leggermente ed in fretta*' ait susceptum, paullo iniquius, ut mihi quidem videtur, iudicans Relaz. sui papiri ercol. (Atti d. R. Accad. d. Lincei S. III, v. V [1880] p. 163).

4) Heitzii censura, Revue crit. d'hist. et de litt. 1869 p. 353, nullius momenti est, multo gravioris Roeperiana de qua infra dicetur.

5) Jenaer Literaturz. 1875, n. 539, p. 607b.

confessus est[1]). labentibus deinde annis ab impigro doctrinae Epicureae ex cineribus Herculanensibus redintegratore, prout potestas oblata est, melioris lectionis exempla ex apographo Oxoniensi petitae[2]) velut in antecessum esse emissa non ignorant qui in eadem studia incumbentes tandem aliquando fore sperabant ut partibus disiectis totum iungeret[3]). iam vero illustrissimus historiae philosophae Graecae auctor dum maioribus distringitur propositis, quidquid ad libri editionem instaurandam per amplius septem lustra collegerat, in his exemplaris Oxoniensis imaginem schedulis pellucidis sedulo perscriptam[4]), abhinc fere biennio perbenigne meum in usum concessit, qui quamvis salebrarum conscius eiusmodi opus adgredienti usque quaque obviarum detrectare munus honorificum noluerim. novae autem recensionis fundamenta iacienti et in dies magis magisque iis discrepantiis sollicitato quae inter Anglorum exemplar et tabulas ab Italis editas intercedunt, idem mihi contigit quod brevi post Gomperzium Dominicus Comparetti Stoicorum indicem foras daturus usu didicerat[5]), ut volumine ipso inspecto scrupulos illos quacumque ratione evellere satius videretur. quanta autem cum aerumna in his laciniis plane adustis et contritis atramenti concoloris vestigia teneas dum in formis litterarum internoscendis desudas, quamque saepe oculi vel vitro muniti caliginem discutere Telchinumve illorum ludibria nequiquam eludere studeant, qui Comparettio *sovrapposti* et *sottoposti*, opercula seu tegimina et statumina mihi audiunt, expertis enarrare longum est[6]). quae cum ita sint, percommode accidit quod cum ego

1) Anzeiger d. K. Akad. d. Wiss. 1870, 6. Apr.; Jen. L. Z. p. 603.

2) Cf. Philol. Anz. II (1870) p. 67.

3) Praeter scripta in signorum indiculo p. 1 enumerata cf. Platon. Aufs., Sitzungsber. d. Kais. Akad., phil.-hist. Cl., Bd. CXLI (1899), 7. Abh., p. 8.

4) Cf. Hercul. Stud., II. Heft, p. IX. — Quod insuper tabularum phototyparum collectione Bodleiana (vol. IV n. 718—761) intra meum limen uti licuit, eximiae Josephi Karabacek, bibliothecae Caesareae praefecti, liberalitati debeo.

5) Papiro ercol. ined. p. 4.

6) Cf. Humphrey Davy ap. Gardth. Gr. Pal. p. 57, Gomperz, Zeitschr. f. d. öst. Gymn. 1867 p. 1. Comparettii verba Relaz. p. 172 '*la superficie ineguale, corrugata, scrostata, lacunosa, spesso anche lucente come il carbone, il colore scuro e talvolta affatto nero, ma in generale tanto scuro quanto quello dei caratteri, rendono affatto vano qualunque tentativo di riproduzione fotografica*' licet de voluminibus in universum dicta sint, nescio cui magis conveniant quam ei de quo agimus. — De tegiminibus statuminibusque tractandis cf. Compar. Pap. erc. p. 10 sqq., Crönert N. Jahrbb. III (1900) p. 590. — Charta ipsa qua librarius utebatur nescio an superficie salebrosa laboraverit, qua nonnulla parte litterae aut

temporis angustiis compulsus nonnulla tantummodo tetigissem, alia in dubio reliquissem, Guilelmus Crönert, dum brevi post me Musei volumina versat, lectionum mearum perlustrationem ultro mihi obtulit editionem iam apparanti. cuius officiosae voluntati cum propriae recognitionis supplementa debeo non pauca eaque perquam utilia tum gemini voluminis numero 164 signati quod infra tractaturus sum notitiam insperatam.

II. Voluminis igitur P speciem praesentem paucis descripturus atque pristinam quoad fieri potest adumbraturus hoc unum praemitto non uno tenore apographa N(eap.) O(xon.) exemplum comitari, sed eo potissimum impeditam se ostendere rem, quod in modico libri ambitu memoriae perpetuo fere variantis triplicem vel adeo quadruplicem rationem statui necesse est: quae quo clarius illucescat, varietatem uno conspectu positam subicio:

I*[1]) I..............................XXXII...XXXVI M.........Z

P

N

O   O

Per triginta septem igitur columnas P adesse perspicuum, in quattuor ultimis (XXXIII—XXXVI) apographi Angli adiumento destituimur[2]), utimur autem utriusque exempli ope (O copiosioris, N parcioris) per triginta duas: agmen claudunt paginae Oxonienses adhuc ineditae duodecim, quarum recensio unius apographi Hayteriani fide nititur[3]). unde fit ut aut apographis dissidentibus volumen ipsum consulere aut hoc quidem praesente, sed tamen legendi facultate perempta alteriusutrius eorum partes sequi cogamur aut

---

adscendere (ut V 2. 3, VI 42) aut delabi (XVI 1) aut denique asperitates transsilire (ut V 6) coactae sint: nisi forte liturae fuerint correctioni inservientes (cf. III 36 in O).

1) Paginam cuius frustulum in ipso voluminis exordio detexi apographa ignorant.

2) Accedunt si tanti est loci ubi N alterius apographi vicem brevi spatio intercedit: p. 18, 20; 25 sq.; 27; 60.

3) Cf. index ap. W. Scott, Fragm. Herc. p. 32:
Ox., 44 pages.
Nap., 36 cols., published in Coll. Alt. 1. 162—197.
Not in Nap., Ox. p. 1 to 12, col. M to Z.
Nap. col. 1 to 32 = Ox. p. 13 to 44, col. 1 to 32.
Nap. col. 33 to 36, not in Ox.

denique altero exemplari, saepenumero una cum archetypo, carentes ad unici arbitri subsidium decurramus. nimirum quamvis adsidue uti par erat principem fontem cum derivatis contulerim, uno tenore quid in illo exstet quidve aut omnino aut ex parte evanuerit enotando, ingenue fateor innumeris locis chartae litteratura quidem completae, sed misere detritae et friatae eam esse condicionem, ut ne lyncei quidem oculi quidquam dispiciant. hinc factum est ut persaepe necessitati parens et apographa idiographi instar esse statuens in lectionum his solis debitarum consensu acquiescerem utpote qui genuinae memoriae miserandum in modum disturbatae fidem praestet acceptissimam. sane contra est ubicumque apographorum discrepantia ex archetypo sedari nequit aut ubi alteroutro eorum duce utimur unico: id quod in media potissimum columnarum parte usu venit quam Itali vacuam relinquere solent, imprimis autem in auctario illo Bodleiano totius libelli quantus ad nos pervenit quadrante.[1])

III. Quae cum ita sint, in voluminis specie describenda memoriaque qualis diversa diversorum fontium ratione habita oculis se subiciat aestimanda facere non possum quin de paginis IL ex quibus liber mutilus constat tamquam in unum comprehensis disputem, deinde exemplarium si quae sint proprietates seorsum exponam[2]). et columnarum quidem mensuram in charta pessumdata non facile ineas, at modulorum rationes in utroque apographo probe servatae sufficiunt. sunt autem hae: spatii litteris repleti circiter septenae metri centesimae in latitudinem, in altitudinem circiter undevicenae. versuum numerus in singulis pagellis exaratorum quadragenarium paullulo excedit[3]). semel quidem (col. XV) 47 versus numerantur, bis (coll. VIII, XIV) 46, ter quaterve 45, in universum tamen modulus circa 44 sursum deorsum variare apte dicatur[4]). singuli

1) Voluminis fragmenta postquam ab Hayteri operis delineata sunt haud dubie deperierunt.

2) Cap. VII.

3) Perinde eundem modulum, ut exemplo utar, quartus Philodemi de musica liber praebet. uterque superatur volumine n. 1424 (Philod. *περὶ κακιῶν κ. τ. ἀντικ. ἀρ.*) ad numerum tamen quinquagenarium, ad quem proxime accedit col. XXI, nusquam perveniente. — In pap. n. 1018 plus minusve tricenos quaternos fuisse versus conicit Comparetti Pap. ercol. p. 9, cf. Gomp. Jen. L. Z. p. 604.

4) Rei haud mediocre momentum inesse in lacunarum plerumque mediam, interdum imam columnae partem celantium ambitu metiendo non est quod moneam. — In quibusdam paginis numerus quadragenarium non attingit: in his col. XI est 39 versus amplectens, quorum series quamvis plerique truncati sint

versus minimum senas denas, summum vicenas ternas litteras capiunt[1]: neque vero librarius sibi constat, quandoquidem in duabus columnis *X Y*, ubi chartae pepercit, litterae adeo spissescunt, ut tricenarium numerum fere attingant. quibus paginis simul cum *V*, quae circa 25 et 26 litteras oscillat, exceptis ceteroquin medium fere locum numerus vicenarius obtinet in iis quae periere reficiendis dignus qui diligenter observetur[2].

IV. Quod scripturam librarii attinet, quem ab eo cui Stoicorum indicem debemus diversum esse Comparetti pro certo affirmat (Pap. ercol. p. 10), praeter quasdam rariores litterarum formas non habeo quod Gardthauseni Blassii Wattenbachi Kenyonis tabulis addam[3]. litterarum et spatiorum aequabilitas librarii est munditiei exquisitae studiosi neque eo obscurari potest quod tabularum ex museo Neapolitano edendarum duo delineatores cum quinque chalcographis socii fuerunt. quin etiam versuum decursus bene libratus, qualem in utroque apographo deprehendimus, in ultimis saltem papyri pagellis minus destructis manifesto eminet: ibi enim charta aliquantulum levoris servavit, ita ut solis lumine rarius proh

---

continua est, nec deest ad col. XII transgressio: idcirco exordium mutilum existimandum, etsi in apographis nullum rei vestigium. col. XXIV, cui 37 versus dedi, utrobique transitum habet, quod moneo propter Buech. p. 15: fortasse igitur lacunae post v. 16 signatae mensuram iusto minorem collegi, quod nescio an de quarta quoque col. (vv. 17—31) valeat, sed hanc veniam petimusque damusque vicissim. mancas esse coll. *M* (36 vv.), *O*, *S* (37), *P* (31) variis de causis veri simile.

1) In hac quoque re librorum de musica noster simillimus, sicut libri itidem Philodemei *πρὸς τους* * * * in Coll. Alt. vol. I vicini, tabb. 132 sqq. (pap. 1005). aliquanto minores numeri occurrunt in pap. 1018 inter 13 litteras (col. XII 4, XXXV 2. 6) et 20 (col. LXXVII 4, LXXIX 3) fluctuante (Gomp. l. l.).

2) Propter singularem brevitatem (15 litt.) notatu dignus locus III 6, ceterum lectio incerta est. — Quemadmodum in lacunis explendis necessitas et libertas invicem pensentur, circumspecte exponit Blass Hyper.[3] p. XXXI sq.

3) Gardth. Gr. Pal. p. 153. 172 et tab. 3, Blass in Müllers Handb. d. kl. Alt. I, tab. Ia 2, Wattenb. Anl. z. gr. Pal. pp. 87 sqq., Ken. Palaeogr. of greek pap. p. 127 sq., n. 9. — Singillatim enotare libet: Δ = *β* in nomine *Ἀσδρούβας* (col. XXV 2), ᐅ (II 33, *T* 9). W = H (IV 7/8, cf. Crönert Quaest. herc. p. 9). IC = K ut alibi ita III 15 (ЄICΠΛΑΓЄNTA N), X 1 (cf. Wattenb. p. 95), XI 7. 39 (in O), VI 5, XXVI 16 (ibid.) quare XXII 31 ЄICIN in ЄKIN(HCЄ corrigere non dubitavi (attamen XXVIII 35 nihili est *ἐκεῖ* neque *μιᾷ* per ellipsin dici posse credo). N quater in col. III (6. 8. 27. 37). σ s. G s. Q = O passim. ᴍ (bis in col. *M*), quam figuram usitatae intermixtam invenimus in epistula Gaio Turranio Aegypti praefecto circa a. a. Chr. n. X. oblata, Ken. p. 82 (pap. CCCLIV Brit. Mus.). Χ (X 1).

favente quam pro caelo Parthenopeio litterarum formae non inelegantes prodeant[1]). solet autem et illa de qua dixi versuum et haec litterarum aequitas editionum propria, a codicibus vero privatum in usum conscriptis aliena esse[2]): ut vel hinc eorum opinioni aliquid fidei adcrescat, qui libros Herculanenses e bibliopolae taberna originem ducere existimant.

librarius litteras seorsum exarare solet[3]), idem compendiarii moris scribendi spretor, cui ne in *καί* quidem particula sexcenties occurrente indulget[4]). satis igitur causae habere mihi videbar, quare Heibergio col. *Y* 12 e litteris ΤΟΥϹΑΓ? Pythagorae nomen (ΠΥΘΑΓ?) enucleanti vel Gomperzio Antigonum ex ΑΝΤΙϹ (XIX 12) procudenti adstipulari dubitarem.

accentuum notis nihil loci est, nihilo magis spirituum[5]), neque hyphen aliave eius generis sigla usquam vidi usurpata[6]).

verba versu progrediente non dirimuntur, sed uno agmine litterae decurrunt[7]). verborum in versuum fine dirimendorum ea valet norma, ut plenae syllabae succedat plena[8]). rationem enun-

1) Litteraturae exempla ex tabulis Neapolitanis aeri incisis deprompta exhibent Preger Inscr. gr. metr. p. 62 (cf. col. VI), Homolle (Bull. de corr. hell. XVII p. 149 (cf. col. XXXIII), secundum exemplar Oxoniense manu depictum Gomperz Festschrift f. Benndorf p. 256 (cf. coll. XXII sq.). specimen papyri 164 v. infra.

2) Cf. Kaibel-Wilamowitz, Arist. *πολ. Ἀθ.* p. VI sq., Blass l. l. p. XVII. XIX, Dziatzko, Ant. Buchw. p. 158. 160.

3) Cf. Wattenb. l. l. p. 21. interdum litterarum ΠΤ, ΤΤ sim. lineae transversae ad proximam litteram productae speciem ligaturae praebent, cf. Blass Hyp. p. XI.

4) Cf. Compar. Relaz. p. 162, Wattenb. l. l. p. 22, 106, Scott Fragm. Herc. p. 98, Ken. l. l. p. 32. — Numeri non notantur, sed litteris perscribuntur, praeterquam quod col. II 36 in adnotatiuncula interlineari litteram numeralem usurpatam invenimus. quocirca nescio an non recte administraverim col. *V* 1.

5) Cf. Ken. l. l. p. 28 sq. 30.

6) Cf. Boeckh. Encycl. u. Methodol. p. 741.

7) Cf. Gardthausen l. l. p. 270 sq.; de Hyperide Blass p. XI, de papyris Flinders Petrie Wattenb. l. l. p. 11, cf. Ken. l. l. p. 26, Wilamowitz Reden und Vortr. p. 230.

8) 'Versus in syllaba semper finiri Boeckhius primus perspexit' Blass l. l. p. XI. cf. idem Lit. Centralbl. 1885_{1072}, Müllers Handb. d. kl. Alt. I p. 285, Landwehr BPhW. V_{1031}, Wattenb. l. l. p. 118. plura praebet Kenyon l. l. p. 31, plenissima autem Crönert Qu. herc. p. 14 sqq., cui etiam post Gomperzii patrocinium (Philodem u. d.ästh. Schr. p. 26) quae in Dielsii censura libri de morte Philodemei a me editi (DLZ. 1886, p. 515) dicta sunt rata esse ingenue concedo: undecies enim, si bene calculum posui, in errore versatus eram: col. XII 33

tiata distinguendi non possum quin Blassii verbis circumscribam, qui in volumine Harrisiano eam esse fert, 'ut ubi insistat diutius oratio, vacuum quantumcumque spatium relinquatur, deinde eius versus principio lineola transversa supponatur, quae tamen saepissime, in minoribus praesertim distinctionibus, etiam omissa est' [1]).

περιποιήσ|ηται, cf. XIII 8, XXII 33, XXVI 18, XXVII 14, 30, XXXII 36, XXXIV 27, XXXVI 22, XXXVIII 28, 32. — Ut tamen ad nostrum redeam, memorabiliora haec sunt: VI 39 *κατασ|χών*, *N* 14 *Ἀρίσ|τωνα* (cf. *Θεμίσ|ταν* in Epicuri epistula, Herm. V 388, *π. θαν.* XXVI 16 *περίσ|τασιν*), passim. — III 36 *ἐξηγεῖ|τ'*, XVIII 5 *προεστήσαν|θ'*. cf. XXVII 3. — *S* 5 *ἐ|ν αἷς* (cf. Hyper. Lycophr. III 17 p. 29 Bl.[3]). *ἐ)|π' O* 21, *ἐ|φ'* XXXIV 4, cf. *π. θαν.* XXII 13, *πα|ρ* in Aesch. Ctesiph. 178 (Hartel Üb. d. gr. Pap. Erzh. Rainer p. 45 a 7). — VIII 3 *συ|νέστησεν* (cf. XXI 9, Crön. l. l. p. 16), nec tamen librarius sibi constat, in hac quoque re eius simillimus qui papyrum Harrisianam exaravit, cf. XVIII 6 *συν|ελθόντες*. adde supplementum Buech. XXI 36 *συν|έπεσεν*. ad fragmentum or. Dem. de cor. (Oxyrh. pap. I 52, n. XXV v. 5 sq.), ubi ΠΡΟΣη|[Η]ΚΕΝ legitur, editores adnotant: *The corrector objected to the division* ΠΡΟΣ|ΗΚΕΝ, *and therefore transferred the* Η *to the previous line. Words compounded with prepositions, however, generally form an exception to the rule that a word must not be divided so that a consonant comes at the end of the line, and a vowel at the beginning of the line following.* cf. Crönert, Archiv f. Pap. I 116. — VII 27 *οὐ)|κ ἴσων* reponere non dubitavi, cf. *π. θαν.* XXXV 28, XXXVII 40, *π. ποιημ.* p. 219 Hausr., Aeschin. ibid. 182 (Hartel ibid. p. 46 b 23), Crön. l. l. p. 15, Blass Hyp. p. XI. *οὐ|κ ἴσον* vol. Herc. 1251, col. XI, 11 (Usener, Epic. p. XLVIII). — XX 41 *Κυρηνα|ῖος* diremi ad exemplar vocis *τλα|(ί)η*, *π. θαν.* XIII 28; sed XXIII 11 *Γαζαῖ|ος*. — VI 42 *ἡγήσ|σεται*, XIII 4 *κακώσ|σεως*, cf. *π. εὐσεβ.* 45, 18 *ἀρχ|χήν*, Aeschin. Ctesiph. 180 *βουλομ|μένωι* (Hartel ibid. p. 46 a 5, 79) et quae composuit Crön. p. 13 sq. In Grenfell-Hunt, New Cl. Fr. (Gr. Pap., ser. II) p. 20 *δευτερα|αγωνιστήν*.

1) Hyper. p. XII, cf. idem Handb. p. 286. est ubi paragraphus suo loco mota videtur, col. XX 2, XXVII 2. cf. Hyper. or. fun. VII 17. 43 (Blass[3] p. 84 sq.), Ken. l. l. p. 27. quodsi vero Wattenbach p. 23 Epitaphii librarium officio oscitanter esse defunctum contendit, cum in illa oratione paragraphus sero venire soleat, quippe quae absque iudicio ex archetypo longioribus versibus perscripto translata sit ('*der kleine Horizontalstrich ... ist also mechanisch herübergenommen aus einer Vorlage, welche längere Zeilen hatte*'), haud scio an vir doctissimus et inter palaeographos facile princeps ipse paulisper dormitarit. videlicet sanam rerum condicionem qua nihil clarius esse potest — ut enim quisque latissime breviores archetypi sui versus diduxerit, ita maturrime ad enuntiati finem pervenerit, et invicem — prava illa confudit quam in Babingtonis volumine observamus. atque mihi quidem, si quid ex his erroribus concludere fas est, Hyperidis volumen ex altero fluxisse perspicuum, cuius versus breviores fuerint. in nostro contra fit: ut enim ad propositum redeam, duos locos quorum mentionem fecimus, XX 2, XXVII 2, simillime esse comparatos certo apparet: ut illic Arcesilai docendi rationem expositam discipulorum index excipit, ita hic ubi extrema Lacydis aetas enarrata est Paseas Thrasys ceterique adseclae subsequuntur (cf. locus cognatus XXII 35 ipse quoque para-

paragraphi variae formae occurrunt: angulus ad dextram spectans ∟ bis, XII 44, XV 47, utrobique in columnae calce, altero loco una cum enuntiati fine, ut non sine veri specie, praesertim col. XI 35 sq. conlata, XII 44 *στρατιωτῶν* suppleatur verbumque praedicativum statuatur alicubi praecessisse. XV 3 certe non longe distat a paginae proximae fine. praeterea notanda columnae XXVI. ima pars duplici signo |⅃ cincta nescio an emblemati eiciendo (cf. p. XXIII) inserviente. denique paragraphi *διπλῆς* speciem praebentis [1]) tria sunt exempla: XXV 36, XXVI 4, XXXVI 14, insigne tertium propter clausulam deinceps sequentem.

coronidem nullam repperi, puncta distinctioni inservientia perraro, cf. XIII 10, ubi in photogrammate Oxoniensi *ὑποτελεία*, ut artis vocabulo Nicanoreo utar, paragrapho coniuncta dilucide apparuit. indidem accessit colon (:) XIV 41 [2]), alibi quidem ut in fragmento erotico Grenfelli [3]) creberrimum.

notulae versus supplendi gratia additae ('Füllungszeichen') quarum alioquin usus frequentissimus (ex. gr. Philod. *π. ποιημ.* p. 249 Hausr.) [4]), nusquam quod sciam certae. I 1 ЄΠΑΙ iota abundat. cf. *Z* 5, V 10 ΜΑΙ in N (*μαθεῖν* Gomp.). cf. p. XIII n. 3.

V. De rebus orthographicis haec monenda esse videntur. Iota mutum poni adsolet [5]): rarior omissio est [6]) neque loci desunt ubi abundat [7]). *μειγνὺς* scribitur *P* 24, *συνέμειξε* *X* 10 [8]). *βυβλία* XIX 15 [9]).

---

grapho non carens). huc revocandas censeo (post *αἱρέσεις* et *νόσον*) paragraphos iusto altius ob id ipsum conlocatas quod qui libellum e volumine versibus longioribus describebat, novum paragraphi locum non curans praeceptique Aristotelici (rhet. III 8) immemor versuum numerum quibus notulam appicturus erat concinnavisse satis habuit.

1) Blass in Müllers Handb. I p. 286.

2) Cf. Gardth. p. 273, Blass l. l., Häberlin Gr. Pap. p. 123.

3) Crusius Philol. LV p. 354. Kenyon p. 28. Crön. Arch. f. Pap. I 115. 522₂.

4) Blass Hyper. p. XI, Gardth. p. 277, Crönert Qu. Herc. p. 10, Kenyon p. 31, Dziatzko Ant. Buchw. p. 112, Wilcken Archiv f. Pap. I 389.

5) *ζωιῆς* XXI 39, *κωμωιδίας* *S* 33, *τραγωιδίαι* XXXI 5, *ὀρώιῃ* XIII 37, *ῥαιδίως* XXXII 6. Crön. p. 46.

6) *N* 6. 9, cf. Crön. p. 53. *N* 18, cf. id. p. 52. Jernstedt, Fragm. Porphyr. comoed. Att. (ross.) p. 46.

7) VIII 7 *ε(ἴ)ηι* (cf. Crön. Archiv f. Pap. I 106), *P* 27 *ἀπέστηι*, *T* 8 *ἐπραγματεύθηι*, XXIII 6 *πλείωι* ut cod. A Euxenippeae XLVI 1, passim. *X* 17 *ἐξένωικε* dubium est. cf. Usener, Jahn. ann. 1865 p. 261, Buech.* ad X 4, Crön. Qu. p. 45. *ἀληθῆι λέγωι* in tabulis litis Oxyrh. pap. I 80₁₂.

8) Cf. Crön. p. 34, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.³ p. 51₄₀₀, 181₁₄₉₆.

9) Cf. Birt Buchw. p. 13. Dziatzko Buchw. p. 36, idem Pauly-Wiss. III 406. Häberlin Centr. f. Bibl. VII p. 273 sqq. Crön. p. 26. Meisterh. p. 28₄.

ἐξηργάσατο XV 46 [1]. *παρετίθη* V 13. *διίσταντο* XIX 1 [2]. *δυεῖν* (gen.) XVII 1 [3]. *ποεῖσθαι* VIII 15, *ποῆσαι* XXI 42, at *T* 12 *ἐποιήσατο*, XXVII 3 *ἐποιήσατ'* [4], cf. XXVIII 9, XXXII 14 [5]. e nominum propriorum exemplis memorabilia videntur: *Ἀρκεσίλαι* XVI 14, *-λαν* supplevi XVI 42, sed *-λαος* XV 3. cf. C. I. A. IV, 433, 29, Cauer de dial. Att. vet. p. 266. — *Φαινίας* XII 2, ut in Athenaei Veneto, Suid. s. *Φανίας*, Ebert dissert. Sic. p. 77, Gomp. ZföG. 1866, 701. *Ἀκαδήμεια* I* 10, *Z* 2, XI 8, VII 11, alibi, cf. comicus ap. Athen. VIII, 336 e, Steph. Byz. 262, 4. Buttmann, Ausf. gr. Spr. 1[2] 37 sq. Crön. p. 30. 35. Meisterh. p. 41_{230}, 50_{365}. — *Σταγιρίτης* VI 4, Meisterh. p. 55_{462} [6]. quod consonarum litteris mandatarum rationem non minus probam quam vocalium attinet, notatu dignae imprimis mitificatio et adsimilatio modo expressae modo neglectae [7]. libellum ab omnibus fere vitiis in Sudhausi indiculum Philod. rhet. II 370 sq. relatis immunem iusto iure cum multis aliis papyrorum ordini melioris notae Crönert adsignat Qu. Herc. p. 8, et in hac quoque re indices philosophorum ab illis voluminibus privato usui destinatis quae supra p. VIII dixi

1) Cf. *ἠργάζετο* Hyper. Euxen. XLIV 18, *ἐξηργασμένων* in inscriptione libri Philodemei *περὶ ἠθῶν καὶ βίων*, *ἠργάζοντο* Arist. *πολ. Ἀθ.* II 2. *ἐξηργάσατο* C. I. A. II 240_{18}, *κατηργάσατο* Dittenb. S.[1] 246_{11}. Weckl. cur. epigr. p. 36, Meisterh. p. 171_{1426}. 2) Cf. Crön. p. 37. 3) Weckl. p. 28, Meisterh. p. 157_{1337}.

4) Numeri brevem postulant. 5) Weckl. p. 53, Cauer de dial. Att. vet. p. 274. Crön. p. 10, Meisterh. p. 57_{483}. debebam I 16 *ἐπόησε* supplere.

6) *Ἀμύντας* Platonicus VI 1, sed *Ἀμύντηι* de Boethi praeceptore XXIX 7, cf. Thumb Gr. Spr. p. 69. — *Ἀριδείκας* XX 7, cf. *-ος Ἀριδείκου Κυζικηνός* Inscr. Samothr. Conze p. 70, attamen *Ἀρεδείκης* Paton-Hicks Inscr. of Cos p. 25, cf. ibid. p. 19, genet. *Ἀριδείκευς* inscr. Lind. 766, 14. 15. — *Καρνεάδει* XXIV 15. XXV 6, sed *-η* XXVIII 38, cf. Crön. p. 38, Meisterh. p. 39_{213}, 120_{10}. — occasione utor e nominum flectendorum varietate unum notandi VIII 2 *Δημάδους*, cf. Meisterh. p. 135_{1187}.

7) *Ζμυρναῖος* *N* 19, Meisterh. p. 88_{766}, Kalbfleisch pap. Argent. I[r] 13 13 *ζμύρνον*, cf. Luc. *δίκη φων.* 94. *ζμινύη* Aristoph. frg. 402 K. — *ἐγβαλεῖν* XI 38, cf. Gomp. ZföG. 1886 p. 706, Blass Handb. I p. 285, Meisterh. p. 107_{987}. *ἐγλυομένων* XV 39, cf. Meisterh. ib. $_{989}$, *ἐγλείποντ'* XVI 41, *ἐγλιπεῖν* *Q* 5, *ἐγλελοιπότος* XXX 4. *μὲγ γὰρ* I 12, perinde ac Philod. rhet. 315, 20 Sudh. *ἀπηγγελκότων* X 35, cf. Meisterh. p. 113_{1052}, *συγγενόμενος* XXV 6 (cf. id. p. 112_{1049}, *ἐνκεκληκότες* cod. *A*[c] Arist. rhet. 1373 a 18, Marx Arist. Rhet. p. 264). — *ἐμ Πελοποννήσωι* XI 35 (v. tamen XII 43), *ἐμ πλεονεξίαι* XII 3. cf. *ἐμ Πειραιεῖ* Arist. ibid. 1401 a 28 (Marx p. 263), Cauer p. 295, Meisterh. p. 110_{1021}. *ἐνποδών* XI 2, fort. *πάντ(αν* I 22, sed *Πάμφιλος* XXIII 41, Cauer p. 288, Meisterh. p. 112_{1049}. exemplum eorum simile quae sunt *VH*[2] II 192 (Us. Epic. p. 405) *πολιτικὴμ μέν*, vel Grenf.-Hunt N. Cl. Fr. (Gr. Pap., ser. II) p. 15, frg. b 16 *ἐμ μνήμ(ηι*, non inveni.

(Κα)λχηδόνιος VI 44, cf. Cauer p. 281, Meisterh. p. 104_{931}. *Θράιττης* V 1 cf. Meisterh. p. 101_{904}.

sane quam differunt, ut exercitia omittam immanibus mendis scaturientia et Weiliorum Grenfellorumque ope ab inferis suscitata quae e calamo tironum Aegyptiorum fluxerunt.

litterae paragogicae usum in media oratione ante consonas positae ostendunt XIV 6 *πράγμασιν γυμνάζεσθαι*, *S* 6 *μέλλουσιν τεθῆναι*, XXV 43 *κατέλιπεν δέ*, alia cum in soluta tum in adstricta oratione [1]).

de hiatu admittendo intricatior disceptatio est in libello e diversis diversorum auctorum locis ex parte praecisis centonis instar contexto. praestat igitur hic quidem manum ab ea re cohibere [2]).

VI. Librarii diligentia in universum tanta est, ut a violentis mutationibus cavere iubeamur, rarissime enim calamo festinante litteras (VIII 36 ΓΕΝΟΜΕΩΝ) vel syllabas (VI 36 Α)ΝΕΚΕΝ pro *ἀνέθηκεν*) omisit [3]), neque ulla si quid video dittographia ei exprobrari potest, nam quae esse videri poterat *X* 8 ΚΡΗΤΑΝΑΝ iam neminem impediet. sunt quidem loci non pauci qui ne Graeca quidem verba praebere videantur neque ulla columna una et vicesima corruptior, verumenimvero monstra illa delineatores e charta graviter laesa deprompserunt: quin tantum abest ut is cuius manui volumen debemus hanc culpam praestet, ut ne miserrima quidem apographorum condicione, praesertim in columnis *M*—*Z*, eximia scribae in exemplari exarando accuratio oblitterari possit, qua de re infra dicetur.

manum correctricem Index multifariam expertus est. semel hunc corrigendi modum vidi adhibitum: ΜΕΤΡΟΝ̣̂ΟΓΙΑΝ *Y* 8. comparari potest ΙΫΑΡΑ ubi ΠΑΡΑ voluit, sed in graphide Oxoniensi correctio non comparet. XIV 3 in *κεκοσμημένος* ultima littera inducta Ν suprascribitur. litterae omissae passim supra versum adduntur: CE^{N}MON XV 30, ΠΑ^{P}ΚΕ (*ἐπαρκεῖν*) X 29, Α.ΙΙΙ^{N}ΓΕΛΙ.ΤΩ (*ἀπηνγελκότων*) X 35, item syllabae: CTA^{ΓΙ}PITHC VI 4, ΜΕΘΗ^{ΜΕ}ΡΑΝ XIII 3, et voculae: ΚΑΙ VIII 41, ΜΕΝ XVII 1, ΜΗΤΕ XIII 14. haec omnia

---

1) Blass Hyper. p. XIV, Weckl. p. 50, Hedde Massen, Leipz. Stud. IV p. 11 sqq., Meisterh. p. 113. v. XIX 14, ubi spatia -*εν* commendant, I 10, *X* 10, alia.

2) *X* 14 *καταστῆναι* (vel utique infinitivus in vocalem desinens), *εὐδαιμονέστερος*. alio pertinet *X* 7 *εἴκοσι ἑπτά*, cf. H. Massen p. 34, Crönert ZföG. XXI 63$_4$. Antigonum hiatu fere vacare observat Susemihl Al. L. G. II p. 471. sed XIII 42 *γεγονέναι ὑπόβραχυς* inevitabile, cf. X 14 *γεγονέναι οὐδένα* ab Antigono quidem alienum. alia exempla hiatus interim admissi sunt III 9 *τί οὖν*, *V* 4 *Ἑρμίᾳ εὐνούστατα*, XI 10 *Ξενοκράτει οὐκ*, VI 27 *ἀνδρείαι ἐσθῆτι*.

3) XXII 39 cum Buechelero *προαπαλλάξας* scribere malui quam *πρὸ αὐ⟨τοῦ μετ⟩αλλάξας* e Gomperzio supplemento. *Y* 33 locus admodum dubius.

praeter levidensia quaedam non dubito quin librarius errore statim percepto ad exempli propositi fidem correxerit, id quod eo plus valet ubicumque talia oblitus erat, qualia ex ingenio neminem supplere potuisse evidens est: veluti VI 4 nomen Chaeronis Pellenensis superadditur, cf. VI 12. 38, XXIV 4. Nonnulla me non intellexisse fateor, in his ΔΙ$\overset{\omega}{\text{Ω}}$ΝΑ *Z* 12, Π(Λ)$\overset{\text{C}}{\text{Α}}$ΤΩΝΟC *Y* 6, Charmadae nomen repetitum XXIII 8. utrum autem manus a librarii manu diversa muneris emendatorii particeps fuerit necne, qui est rerum status, quis contendere ausit?

de additamentis in margine sive inter versus minute scriptis, quae tamen plerumque dubites utrum verbis auctoris inserenda an scholia existimanda sint, suo quoque loco dixi [1]).

VII. Iam ad ea accedamus quae apographis communia, quae utriusque propria esse videntur: quanti autem editoris intersit, non modo qualem voluminis speciem utrique delineatores ante oculos habuisse putandi sint cognoscere sed etiam quae ipsis fides debeatur, ex iis consequitur quae cap. II de contorta memoriae ratione praemonui. querebar ibi de deterrima chartae condicione: iam addo eandem eiusmodi et esse et centum abhinc annis fuisse videri, ut vitia ab Anglis et Italis commissa, quae innumera sunt et diversissimi generis, ad unum omnia hoc ipso ex fonte repetere non dubitem. et primum quidem res sic se habet, ut aut in P adhuc mendum legatur quod in exemplaria transiit [2]), aut vitii in utroque exemplari emergentis in volumine quidem *οὐδὲ γρῦ* invenias, sed causam cur bis peccaretur fuisse necesse sit [3]). neque hic neque illic librarios quidquam de diligentia reliquisse statuo. quod autem eam quaestionem attinet, qualem scripturae vel linguae notitiam habuerint, Crönertum audi adfirmantem [4]): '*Die* disegni *sind durch-*

1) Ad ΚΑΤΩ XX 4 cf. Oxyrh. pap. I p. 26 cum nota editorum p. 30; similiter in Hyperidis Euxenippea paginae XIXmae versus tertius omissus supra columnam additur, compendiis $\overset{\nu}{\alpha}$ et $\overset{\tau}{\kappa\alpha}$ adiectis. fortasse etiam X 40 ΚΑ supra versum scriptum ita supplere oportebat.

2) XV 45 ΔΙΑΝΤΑΙCΑΙ, requiritur vox idem fere valens quod vicina *πολεμῆσαι*, emendavit Wilam.

3) VII 40 ΟΙΚЄΙΤΑΙC O, ..ΚЄΙΤΑΙC N, sed recte P ΟΙΚЄΤΑΙC, ut fibra ex transverso currens oculos utriusque delineatoris decepisse videatur. cf. IX 8 ΑΙΚΑΙΡ, *O* 25 ΚΑΙΤΑ.

4) N. Jahrbb. III (1900) p. 589. cf. Sauppe in indice schol. aestiv. Gotting. 1864 p. 4: I. Hayter igitur nonnulla acutius cernebat, multa, ut sermonis graeci sic satis peritus fuit, aut rectius legebat aut, ut fere fit, divinando inventa

gehends von Leuten angefertigt worden, die kein Wort Griechisch verstanden'. iam de similium litterarum ΑΔΛ ΓΗΠΤΥ ΕΘΟCΦΩ ΖΞ ΚΧ ΜΝ utrobique commutatarum praegrandi numero non mirabere. sed tamen N saepissime male intellexit quod Anglum recte legisse apparet, et invicem, cuius rei non est cur exempla colligam, quoniam adnotatio huius modi peccatis redundat. ex his autem pleraque e tegiminum et statuminum vi turbatrici, qualem Comparetti[1]) exposuit, explicari posse censeo. vide autem qui fiat ut XIX 40 in O monstrum horrendum appareat ΑΝΑΚΡΙCΙΨ, cum in N habeas *ἀνάχρισ(ι)ν,* aut quid causae immani corruptelae ultimi versus col. VII subsit ΚΟΥCΕΙΑΕΥCΑ quod N in papyro sibi legere videbatur, cum diserte veram scripturam *μουσεῖα θῦσαι* O servaverit[2]). videlicet sunt desperati quoque loci et ita quidem comparati ut aegre utri exemplari potior fides habenda sit diiudices, velut XV 20: ΕΦΗΔΕΝΑC N, ΕΦΗΔΕΠΛΟ O, ubi mea erat optio, utrum hanc an illam lectionem ad operculum aliquod vel ad glutinatoris errorem vicini (v. 7)[3]) simillimum revocarem an triplex in tribus litteris legendis peccatum statuerem: cur autem Italorum partes hic quidem secutus sim, tota ratio supplementorum ad historiolam de Polemone Cratetis vindice redintegrandam necessariorum docuerit. sed in universum ipsa rei natura tulit, ut in apparatu critico primarii exemplaris vice illud fungeretur, unde quam maximum compendium effici posset, Oxoniense dico, cuius scripturam dedi integram, interposita interdum exemplaris Neapolitani lectione (II, IX, XVI), ubi illa altera deficie-

agnoscebat, complura vero idem minus recte quam Itali describebat, nonnulla per negligentiam omittebat, aliquando coniectura reperta in papyro exstare opinabatur, cum non exstarent. — Compar. Relaz. p. 151: *Da più di un dotto, singolarmente da Spengel e da Gomperz, è stata vantata la superiorità dell' apografo oxoniense sul napoletano. Ambedue sono opera degli impiegati dell' officina. La sorveglianza e la revisione di Hayter, e l'essere quei disegni fatti più immediatamente appena il papiro era aperto e la scrittura meno deperita, spiega quella superiorità, che però è relativa, essendo gli apografi oxoniensi tutt' altro che scevri di errori. Gli apografi napoletani non pare fossero riveduti tutti e con cura dagli interpreti: forse si riservavano a farlo quando preparassero la pubblicazione di ciascun papiro. Ma gli apografi napoletani furono fatti con meno fretta e non solo correggono talvolta gli errori degli oxoniensi, ma anche completano questi per certe parti che in essi furono tralasciate.*

1) Cf. supra p. IV. nidulum operculorum columnae VIIIvae exordium contegit.

2) Cf. XI 10 ΠΛΑΤ|ΚΑ|, ubi syllaba saepta nomen Platonis ex parte abripitur, VIII 5 ΓΡΑΨΑΝΤΑC, sed genetivum num. singular. requiri manifestum est.

3) Fort. etiam *Z* 13 syllaba CI verbo *ἔντευξιν* inculcata e nomine Dionysii propinquo detracta est.

bat[1]). spero autem fore ut ea ratio recensendi probetur, qua praecipuum locum non tam volumini ipsi temporum iniuria pessime habito attribui quam apographo Hayteriano cura et diligentia Italorum operam aliquantulum, ambitu longe superanti.[2])

VIII. Tandem adgredior ad eius voluminis p (n. 164) a Francisco Casanova descripti, de quo per Crönertum certior factus sum, frusta *(pezzi)* subiungenda. exiguum sane usum ex his laciniis usque adhuc evolutis habebimus, de quibus Comparetti[3]) haec tantum rettulit: '*pare storia filosofica; ma frammenti di poche parole*', at quis quaeso maneat donec in lucem volumina proferantur quae Aem. Martini perquisiturus et publicaturus esse nuper ferebatur[4]), praesertim cum Crönert[5]) ab anno 1893 omnem operam iacere adfirmaverit?

a. tab. I frg. 1 Neap.	Cr. haec legit:	mg. sup.
ϹΙ	ϹΑ̣	
....Є	..ʌ	
.ϽΨϹ ....Α.	ΙΤϹ	ЄΠ
ΟΙϹΡ ...ϹΤΟ	///ΟΙϹΒ	ΠΟ
ΑΤΟ ϹΘΑΙΜ⊢	‹ΑΤΟ	ˬΙΝΥϹΤЄ///
ЄΡЄ	ΘΡЄ	ϹΘΑΙΜ⊢

* * *

ΑΙΜ
ΙΝΠΛΑΤ.Ν
ϹΓΙΙϹΠЄΥ
∩≠Ϲ
ΑΛΛΑΠΛΝΤΔ |
ΑΙΠϹ | ΚΑϹΤ

mg. inf. (alio pert.)

post 6 spatium duodecim fere litterarum

1) Non sum causarum ignarus talem modum dissuadentium quas Crönert attulit l. l. p. 591, sed aliam vim ad memoriae proprietates exprimendas ingredi nesciebam.

2) Insigne vacillantis memoriae exemplum e columna IV. depromere libet, ubi 4 ΠΡΑΚЄΜΙϹ Ο, ΠΡΑΗΦωϹ Ν, ut litterarum quaternionem utrumque apographum suppeditet, Є ab uno tantum, ω ab altero praebeatur, media littera — nam ΠΡΑΞЄωϹ in volumine plane legitur — a neutro. simillimam rationem habes VIII 44 (οἶνον), cf. XXVII 16 (Εὐάνδρος).

3) Relaz. p. 176. 4) Centralbl. f. Bibliotheksw. XVII, p. 381.

5) N. Jahrbb. III (1900), p. 587.

a. v. infra p. XX.

b. frg. 3 Neap.

	Є . ΙΑ
	ШΙΔΑ
	ՎΟΝ- intercolumn.
ΛΟΝ	ΑΙΠΟ
	ЄΝϹΠΙΝ
⌒ΥΑ	ϽϹΤΟΝ ΚΛϹ
(alio pert.)	mg.

c. frg. 5.

ΛΑΟϹ	ΟΙΔЄΔΙШΝ
⁻ΗΝΑΙΟϹ.Γ	ϹЄΝΟΥΤΗΙΤ
ЄΝΤШΙ	ΚΑΙΔΙΟΝΥϹΙΟΝΜЄΝ
	ΟΝΤΟϹΑΥΤΟ
	ΛΥΝΧΡΟΝΟΝ
	ЄΝϹΙ/

pars sin. a dextra aliena est. 1 ΟΝΔЄ Neap. 6 ΝЄΚ Neap.

d. p. 1 (pars dextra) = frg. 10 Neap.

. . . . . . ЄϹ
. . Ν . . . . .
ϹЄ . . ΑϹ . ЄΑΛ
. . . . . . ΥΛ (n)
. . . .
. . . . . ϹЄΘΑ .
. . . . . ⌒ΚΡΙ.

e. p. 2 = frg. 11 Neap.

. . . .	ϽΜ . Ν . . .
. . . .	. . . . . ϹΙ
. . . .	. . Ա . . . .
. . . .	. . ϽΝ/ . . .
ΠΑΡ	ΟΥΜЄ . . .
ΓΟ	ΑϹЄШϹ . . .
ΦΟ	ΓЄΑΘΗΝΙΙΔ
ΚΛЄ	ΟΚΡΑΤΙ . ЄϹ
ΠΙΤΗΔ	. . . ΑΙΑΙΝЄ
ΓΤ	. . . . ΙϹ . .

7 ΦΟΓΑ, 8 ΚΛЄΙΔ leg. corrector

has partes non coeuntes iniuria ab Italis coniungi Cr. ait

Cr. enotavit:

	mg.		ЄΠ	
	ΠΑΡЄ	ϽΜЄΝΑ		. ШϹΑ
	ΓΟ‿	ΛΔϹΙΚΑ		
ЄΑΛ inter-	ΦΟΙ	ΘΟΥΜЄΤΑ		
ΙΚΑ col.	ΤШ	ΑϹЄШϹ		ΑΝ
	ΚΛϹ	ΤЄΑΘΗΝΙΙΔЄ		
	ΠΙΤΗΔ	ϽΚΡΑΤΗϹ \Ϲc		
	_ΤϹ	ΑΙΑΙΝЄϹ^ЄΙ		
		mg.		

b. v. infra p. XXI.

[*c.* (sin.) v. infra p. XXII.]

c. (dextr.) *οἱ δὲ Δίων(ος ἐναντι|ουμ)ένου τῆι τ(όλμηι) | καὶ Διονύσιον μὲν | (λέγ)οντος αὐτὸ(ν μετ' οὐ πο)λὺν χρόνον (ἀπερεῖν τῆι τυραννίδι?* scil. haud procul a col. *Z*.

e. (sin.) v. infra p. XXI.

e. (dextr.) 8 fort. de Cratete agitur.

f. p. 4 = frg. 6.

	mg.
. . . . .	CAMI‾ЄNЄ
‾AMAΔ	I. OΛΛOC
TOYΛЄΓC	ΔЄΙΠΝѠΙ
ύKBA//	TOPЄICΠЄY
ϽCITЄ	TACΞΛPAN
	. ONC

2 ΠCΛOΑ Neap.
iterum duae paginae confusae' Cr.

g. p. 5 = frg. 7.

HЄIC . Є
ΑΘΗΝΑC
ΝTOC . A
ϽЄTOXPЄ
ΛΑѠCЄ
mg.

h. p. 6 = frg. 8.

ϽYΔΗC
TЄ‾OAKC

litteras corruptas neglegentius se descripsisse Cr. concedit

i. (= *h*?)

. . . . .
IN . . .
. C . KIIΛ
. POΦ . IC
. Є . CO‾Ш . KC (= *h* 2?)
BIAC . NI .

k. p. 3 = frg. 12.

ΔYTCIICHύ
/ΠЄPACIAKЄITI
ΝΙΑΡΧΟCΦHCINM
IύNTA ΛΛΛATЄ
ΝЄ ΝΞAMЄNOCΔIA
‾ΟΛΜΗCЄΡΓAK
CЄΛ

vs. 1 admodum corruptus. 2 ITI et 3 M tegimina sunt, 5 ΝЄΝ statumen

CЄH Neap.

[*f.* (dextr.) v. infra p. XXII.]

g 4 primam litteram B fuisse Cr. testatur et ἀνέλαβε το χρέος supplet: ego ἀπέλαβε malim. v. 2 an "Ἀρκεσιλάου εἰς) Ἀθήνας (ἀπάρα)ντος Pylades frater pecuniam creditam recepit?' quod supplementum quam incertum sit non ignoro. certe peculii fructum a fratre ei esse summissum Antigonus narraverat (L. Diog. IV 38).

k. v. infra p. XX.

l. **tab. II p. 1 (= frg. 9), pars sinistra.**

mg.

| ΝΙΔ/ .CΧ | ΙΚΑΙΔΗΧΘC

ΑΠΟΘΑΝΕΙΝ ΛΕ
ΝΘΡΩΠΟCΚΑΙ
ΝΑΜΑΘΗΤΗΝ
ΠΟΛΙΤΗΝΓΕΓΟ
ΝΛΟ/ ΔΟC Neap.

particula inclusa statumen est

m. **p. 5 (= frg. 13 Neap.)**

ΤΩ
ΓΕΤΟΔ | Ε ΛΕCC
ΤΙΝΑΧ | ⁻C /ΕΜΕΝC
ΤΡΟΦΗ | C /ΛΙΟΝΤΙΝ
ΡΕΙΤΑΙ_ | /ΝΔΙΑΝΚ/
. . (. . Α | ΛΓΡΑΦ
ΑΙC

n. **p. 6 (= frg. 14).**

Ε
ΑΙ . ΑC . . ΙΕΩ
⁻ ΝΑΑΙ . Ν . CΙΕΙΑ
C ΝΑΕΠΔΙΛ . .

Cr. legit:

ΦΑ
ΚΕ
ΙΛΙΑΤΙ/ . . . ΕΙΝΗ
ƆΗΙΚΑΙΙΑCΤ . . . ΙΡΩ
ΝΙΝΑΙ . . . Λ ΝΙΛΕ
⁻CΝΛΕΓCΔΙΦΙΛC   ΔΙ statumen est

mg.

o. **p. 7 sic legit Cr.:**

Δ
ΝΙΩ ΝΔΟΙC
ΝΟΝ ΙΑ . Ο Ν
CCΝΕ
Κ
Ο

p. **fr. 15 Neap.:**
'*non esiste l'originale*'. erat enim ut videtur *sovrapposto* postea sublatum. CR.

ΚΑΙΠΟΛΛΟΙΜΕΝ
ΤΑΝΟΙΟΜΟΥΔΕ
ΡΙΟΑΥΤΟΝΤΟΙ
ΔΙΑΤΡΙΒΗΝΤΕΛΕΙ
Τ . . CΕΙΛΑ . . ΜΕ

---

l. v. infra p. XX.

m. (sin.) v. p. seq.

p. *καὶ πολλοὶ μὲν (ἐπηε)τανοί?* ut dactylos audire tibi videare, deinde *ὁμοῦ δὲ (πε)ρὶ ἑαυτὸν τοι(αύτην) διατριβὴν . . .?*

q. p. 8 (= frg. 16).

mg.
ΓΡΑΦΕΙΝ
ΛΟΥ ΡΟΝΤΗϹΑΙΩ
ꞓΝ ΤΟΛΕΙΛΝΑΙϹ
ΦΩ ΗΤΤΟΝΕΙΝ/
Τ ΔΟΚΕΙ
Ι

Haec quin ad aliud eiusdem Indicis exemplum pertineant addubitari nequit.[1]) et primum quidem frustuli *m* partem sinistram cum voluminis P col. quarta ima (p. 46 sq.) plane congruere, id quod Crönert vidit, litterae repetitae atque inde suppletae evincent: agitur de Polemone eiusque patre qui fertur fuisse

των πρω-
ΤΩ*ν αθηναιων ελε-*
ΓΕΤΟ Δ Ε*ιναι των επι*
ΤΙΝΑ ΧΡỌ*νον αρματο-*
ΤΡΟΦΗϹ̣*αντων ιστο-*
ΡΕΙΤΑΙ Δ̣*ε και νεανι-*
ΚΩ̣*σ* Α*κολαστοσ* eqs.

sub oculos cadunt seni deni uniuscuiusque versus loci aut litteris destinati aut spatiis ante novas periodos interiectis, quae constantia simul cum forma litterarum pulchre exaratarum, cuius specimen a Crönerto accepi[2]), argumento est fuisse libellum haud mediocris notae.

ceterum revera frustuli locum in sinistro columnae latere fuisse e norma versuum a syllabis plenis initium capientium τω, γε, τι eqs. colligitur. hinc igitur in litterarum ordinibus disponendis profectus sum. quo tamen dextra fragmenti particula illi adglutinata spectet, id non adsequor. certe *Ἀθην)αῖόν τιν(α* etiamsi plene esset traditum, nihil iuvaret.

---

q. duas suspicor subesse comparationes: *ηττον εἶνα(ι . . . . .) δοκεῖ*, cui praecedat *-ρον τῆς ἀγω(γῆς*? (hoc Cr.). *λειᾶναι* mihi non liquet.

1) Compar. Relaz. p. 153: *il numero delle opere riesce anche più ristretto pel fatto notevole ed importante, che il prof. Gomperz ha il merito di aver avvertito per primo, che cioè parecchie opere in questa raccolta esistevano in più d'un esemplare.* cf. ex. gr. ZföG. 1866, p. 691.

2) frg. *q* ΓΡΛΦΕΙΝ
ΡΟΝΤΗϹΛ
ΤΟΛΕΙΛΝΛΙ
Η

accedit *l*, quod itidem cum decimae paginae versibus 10 sqq. (p. 27) concordare Crönert intellexit. magnopere autem dolendum est quod, cum ex N praeter prima verba fere nihil elicias neque O incorrupta praebere videatur, in ipso codice lacunae lectionem impeditissimam reddunt. utut est, haecce frustulum partim adsumit partim suppeditat supplementa:

*δρακοντ*Ι ΚΑΙ ΔΗΧΘЄ̣Ι-
σαν ΑΠΟΘΑΝЄΙΝ ΛЄ-
*γει δ α*Ν̣ΘΡѠΠΟC ΚΑΙ
(ΒЄ)*λτιο* Ν̣Α ΜΑΘΗΤΗΝ
τε και ΠΟΛΙΤΗΝ ΓЄΓΟ-
νεναι (litt. uncis inclusas e P adieci)[1].

tertium locum illis subicio: velim enim mecum consideres fragmenti *a* partem inferiorem cum columnae *V* versibus 4 sqq. (p. 23) comparatam. in propatulo est p haec exhibuisse de Mysio Aristotelis et Xenocratis hospitio:

*τοτε δε κ*ΑΙ Μ*αλιστα*
*δια τ*Η̣Ν ΠΛΑΤ*ω*Ν*οσ τε-*
λευτην Є̣ΠΙCΠЄΥ*σαν-*
*τοσ παραγ*Є̣*ν*Є̣*σθαι ο δ' αυ-*
*τοισ τα τ*Є̣ ΑΛΛΑ ΠΑ̣Ν̣ΤΑ̣
*εποιησε κοινα κ*ΑΙ ΠΟ̣
λιν κτλ.

agmen claudat fragmentum *k* Dicaearchi mentione insigne, ex quo columnae XImae versus 18 sqq. aliquantulum lucis acceperunt. lectionem ex O depromo, N vacat.

.......Ν...ΗC...	*δικ)α̣ιαρ*Χ̣*οσ φ*ΗC*ιν μ(ε-*
........ΟΔЄΙΞΑΜ..	*τ)ιο̣ντα αλλ απο-*
.........ΜΗΘЄΡΙ...	*δει)*ΞΑΜ*ενοσ δια*
	*τ̣ο̣λ̣*ΜΗC̣ ЄΡΓ*α*

1) Perspicua in his sunt quae Hermippo auctore de perfidae sacerdotis exitio iisdem fere verbis quibus Laertius utitur perhibentur. longe secus est in iis quae deinceps sequuntur: ut enim de mira apographorum dissensione taceam (O: ΦΙΔЄ..ΔΑ...ΘΙ.ᴗΠΟCΚΑΙΒЄΜ.....ΠΑΘΗΤ...ЄΚΑΙΠΟΛ...Ν‾ЄΓΑC N: C........ΟΝΘ..ΠΟCΚΑΙΒL.....ΤΙΑCΗΤΙC. ЄΚΑΙΠΡ......ΗΤ..), hoc unum mihi exploratum *ανθρωπος* de Hermippo dici eiusque de Heraclide narrationem ab excerptore continuari. in P neque ego neque Crönert syllabae ΦΙ vestigium deteximus, imo post interstitium Α̣Є legitur, ut suspicio oriatur tegimen fuisse quod postmodo discesserit; ΒЄ vidi, ΒЄΓΟ Cr. legit, Μ neuter nostrum agnovit.

columna de Chaerone Pellenensi athleta eodemque disciplinae Platonicae adsecla agit, ipsa quoque ad Hermippi fidem (4 sqq.). itaque aut a nostro Dicaearchi testimonium de hoc tyranno disserentis tamquam melioris testis adversus Hermippum esse prolatum aut quod multo probabilius Hermippum ad Graecorum *ἱστορικώτατον* provocasse, a quo *Πελληναίων πολιτείαν* scriptam fuisse Cicero docet (ad Att. II 2) admiratione viri imbutus. an scripserat *φιλοσοφίαν, ὥς Δικ)αίαρχός φησιν, μ(ετ)ιόντα?* in verbis proximis dactylicos numeros casui tribuerim[1]).

talibus commotus indiciis reputavi possetne fragmentorum numerus schedulis consertis imminui, neque tamen quidquam profeci, nisi quod duos pannulos *b* (dextr.) cum *e* (sin.) recte copulasse mihi videor.

proficiscor a v. *b* 5, ubi recte *Σπίν(θαρον* Crönert agnovit: certe non de Aristoxeni patre agi persuasum habui, quoniam propinqua est Laertii Diog. (V 92) narratiuncula de tragico (v. Suid. s. v.) vel aliis auctoribus Dionysio Transfuga Heraclidem ludificante[2]), ut haud procul a columna X frustulo locus dandus esse videatur. non amplius tamen hanc rem persecutus sum, donec verborum memor quae sunt *Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος ἢ Σπίνθαρος, ὥς ἔνιοι, γράψας τὸν Παρθενοπαῖον ἐπέγραψε Σοφοκλέους. ὃ δὲ πιστεύσας εἴς τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίοις ὡς Σοφοκλέους κτλ.* atque fragmentum *e* (sin.) paullo intentius contemplatus perspexi frustuli *b* (dextr.), cui Crönert enotat intercolumnium a dextra adhaerere, marginem in calce cum *e* (sin.), ubi contraria valent, non modo posse conferruminari, sed oportere. praecedunt fortasse *ἔ(ν)ια* | *(δὲ τούτοις συν)ωιδά,* tum ni fallor supplendum:

κ)αὶ πο-
λυθρύλητος?|[μ)ὲν Σπιν-
θάρου τέχνη,) ὅς τὸν
Παρθ(ενοπαῖον ὡς ἔλε-
γό(ν τινες γράψας Σο-
φο(κ)λ(έους ἐπέγραψε.
τῶ(ι σιλλύβωι? δὲ Ἡρα-

1) Occasione data quaestionem proposuerim, liceatne statuere a Chaerone Platonico eodemque herois eponymi Chaeroneae (Hes. frg. 154 Rz. ap. Paus. IX 40, 5) et Alexandri Magni nescio quot Alexandrearum conditoris simio (cf. XII 9) non diversum esse illum Chaeronem, quem idem Dicaearchus in Trophoniana loquentem induxerat (Cic. ad Att. VI 2, FHG. II 267).

2) Nauck tr. gr. fr.^{2} p. 839.

κλειδ(ης πιστεύων ἐ-
πίτηδ(ες . . .

de reliquis fragmentis pap. p videant alii 1).

IX. Pergerem iam ad libelli argumentum atque scriptoris consilium quantum possim primis lineis designandum, nisi una praesertim causa, ea autem gravissima rectum de hac re iudicium scirem summo opere impediri: partium dico haud exiguarum iacturam, de qua etiam post suspicionem a Spengelio Buechelero Roepero 2) brevi enuntiatam non possum quin pluribus agam. inspice igitur sodes Stoicorum indicem hodie quidem LXXIX columnis constantem 3), cum minus L noster complectatur, et illum perpende a Zenone demum Xenocratis Polemonisque aequali initium capere, utrumque autem, quod usu venit in voluminibus Herculanei repertis 4), initio truncatum. atqui Zenoni e servatis duodecim saltem paginas concessas esse facile cognoscas 5), at contra Platonis vitae describendae octo columnas I. II. III. V. VI. *X. Y. Z* nimirum sufficere non potuisse. etenim Academiae institutionis ne mentio quidem fit, de ipsius scholae parentis ratione docendi quid libellus prodat frustra quaeras 6), de libris a Platone scriptis nulla

1) [Sero vidi etiam *c* sin. cum *f* dextr. coire et fragmenta copulata cum VI 12 (p. 35) tantum non ad amussim congruere, neque hoc satis, sed illud additamentum marginale in P (quae inde accedunt uncinis angulatis saepsi) quamvis per duodecim versiculos descendens continuari videri:

⟨Τι-
μό⟩λαος ⟨καὶ⟩ Διογένη⟨ς?
Ἀθ⟩ηναῖος (δ'?) Τι⟨μ⟩όλαος
ἐν τῶι ⟨Περι⟩δείπνωι
ἁπλῶς? ἱσ)τορεῖ, Σπευ-
σίππον πάν)τα ἐξάραν-
τος)

itaque certissime Cenae feralis a duobus minimum Platonicis in praeceptoris honorem scriptae mentio iniecta erat, quemadmodum autem memoria in P et p dissidens concinnanda sit nescio.]

2) Speng. p. 537. 538. 540. Buecheler p. 3. Roep. p. 23 praeter libri exordium aliquot mediae partis columnas interiisse suspicatus est.

3) In quo quod Posidonii nec vola nec vestigium exstat (Compar. p. 18 sq.), ei rei non nimiam vim tribuerim, quoniam ultimarum potissimum indicis paginarum Panaetii disciplinam continentium partes inferiores detrimentum ceperunt et *poche notizie* de philosopho auctoris aequali suffecerint.

4) Compar. Relaz. p. 153: *Anche dei meglio conservati il principio è sempre da considerarsi come perduto.*

5) Compar. p. 16. 40.

6) Columna pretiosissima *Y* excepta in artibus mathematicis solis versante,

littera invenitur in commentariolo mox (XVI 13) stichometriam librorum Crantoreorum tradituro. iusto iniquius puto confiteberis eum historiae philosophae auctorem qui 'nullas partes cupidius secutus sit vel sectam suam dissimulaverit' [1]), si harum rerum commemoratione supersedisset, materiam fuisse digesturum, ne dicam quod columna *X* adhuc ignota docemur Platonis venditionem in tertia tractatam videlicet e fonte diverso rursus ab eo enarrari. adde ab eodem quarundam rerum ad recentiorem Academiam pertinentium duplicem proferri descriptionem, alteram e carmine chronographo excerptam (pp. 92 sqq.), alteram numerorum dulcedine spoliatam (pp. 87 sqq.), adde praeterea ut Boethi Marathonii (pp. 92, 98) ita minorum quorundam Carneadiorum (pp. 85, 105) mentionem per errorem ut videtur repetitam. denique quam saepe, si columnarum seriem persequaris, rerum continuatio interrumpatur, doceat transgressionum ab una ad alteram conspectus.

sunt in Indice qualis superest hae transgressiones

* certae: $\frac{\mathrm{IX}}{\mathrm{X}}$ · $\frac{\mathrm{XI}}{\mathrm{XII}}$ · $\frac{\mathrm{VI}}{\mathrm{VII}}$, $\frac{\mathrm{VII}}{\mathrm{VIII}}$, $\frac{\mathrm{VIII}}{\mathrm{IV}}$, $\frac{\mathrm{IV}}{\mathrm{XIII}}$, $\frac{\mathrm{XIII}}{\mathrm{XIV}}$, $\frac{\mathrm{XIV}}{\mathrm{XV}}$ · $\frac{\mathrm{XVIII}}{\mathrm{XIX}}$, $\frac{\mathrm{XIX}}{\mathrm{XX}}$ · $\frac{\mathrm{XXII}}{\mathrm{XXIII}}$, $\frac{\mathrm{XXIII}}{\mathrm{XXIV}}$, $\frac{\mathrm{XXIV}}{\mathrm{XXV}}$ [2]), $\frac{\mathrm{XXV}}{\mathrm{XXVI}}$ · $\frac{\mathrm{XXVII}}{\mathrm{XXVIII}}$ [3]), $\frac{\mathrm{XXVIII}}{\mathrm{XXIX}}$, $\frac{\mathrm{XXIX}}{\mathrm{XXX}}$,

** probabiles: $\frac{\mathrm{III}}{\mathrm{V}}$ · $\frac{\mathrm{XVI}}{S}$ · $\frac{\mathrm{XXXIV}}{\mathrm{XXXV}}$, $\frac{\mathrm{XXXV}}{\mathrm{XXXVI}}$,

*** dubiae: $\frac{\mathrm{XV}}{T}$ · $\frac{\mathrm{XXXI}}{\mathrm{XXXII}}$ · $\frac{\mathrm{XXXIII}}{\mathrm{XXXIV}}$,

† nullae ante III. IX. XI. VI. XVI. XVIII. XXII. XXVII. XXXI. XXXIII,

nullae post V. X. XII. *T. S.* XX. XXVI. XXX. XXXII,

neque ante nec post I* I *X Z Y* II (integram) *V Q* XVII *P R* XXI *M N O*,

ordine autem huius editionis servato

---

quatenus Plato et Platonici eas exercebant. — occasionem amplector dum aurea illa verba ἀρχιτεκτονοῦντος καὶ προβλήματα διδόντος τοῦ Πλάτωνος obversantur, in memoriam reducendi quae olim ab Usenero de origine doctrinarum Platonico-Aristotelica disputata sunt in Preuss. Jahrbb. vol. 53 (1884), pp. 11 sqq.

1) Buech. p. 3. cf. infra §. X p. XXV, XII p. XXXII.

2) De sententiae integritate Buechelerum dubitare non debuisse vel col. XXX docet.

3) Manifesto enim Schwartz errat in Pauly-Wiss. Encycl. I p. 2859 columnas cohaerere negans, quarum conexus vel ex proecdosi patet.

p.
3. 4. 6. 11. 12. 14. 15. 18. 22. 24. 26. 28. 31. 33. 38. 42. 45. 47. 52. 55.
I* I *X Z* III V *Y* II *V* IX X XI XII VI VII VIII IV XIII XIV XV
† † † † ** † † † † * † * † * * * * * * ***

57. 58. 59. 61. 63. 65. 67. 69. 72. 75. 75. 77. 79. 80.
T Q XVI *S* XVII *P* XVIII XIX XX *R* XXI *M N O*
† † ** † † † * * † † † † † †

81. 83. 86. 88. 91. 93. 96. 98. 100.
XXII XXIII XXIV XXV XXVI XXVII XXVIII XXIX XXX
* * * * † * * * †

101. 103. 106. 108. 110. 113.
XXXI XXXII XXXIII XXXIV XXXV XXXVI
*** † *** ** **

summa rei haec est, ut in ipsa dimidia parte columnarum, si quidem certae transgressiones cum probabilibus congregantur, lectio non intermittatur, in viginti quattuor residuis transitus desideretur. utut est, tertia, ut parce dicam, Indicis pars interiit: veri autem simillimum est etiam maiores calculos esse adhibendos. sane praeter ea quae iam memoravi desunt non pauca quae deesse mireris: ut unam rem sed gravissimam perstringam, exstat quidem album quamvis initio mutilum Platonis discipulorum (VI), exstant Xenocrateorum et Crateteorum indiculi (IV, *S*) et tabulae illis multo latius patentes Arcesilai Carneadisque adseclarum (XX, XXII—XXIV, cf. XXXII), deinde sub libri finem indices Antiochi et Aristi sectam enumerantes, quibus ex Oxoniensi exemplo disciplina Lacydea (*M*) et alia, fortasse Teleclea (*N*) accesserunt: quae omnia qui integre consideraverit, aegre adducetur ut in defectu indicum scholarum Polemonis Euandri Phocaeensis[1]) Philonis adquiescat, ut de Speusippi principatu post Platonis diuturnum brevissimo vel de aliis scholarchis posteriorum temporum taceam[2]).

etiam peius res se habet, si de philosophorum habitu iuventa eruditione necessitudine quid supersit quaerere velimus. iterum quam inaequalis distributio fieri videatur, uno exemplo demonstrare libet Carneadis Polemarchi f. qui Buechelero demum opitulante ex Orco redux bis occurrit, cum Hegesinus, quem in successionis historia

---

1) De Charmada lubrica res est, cf. p. 112.

2) Non me fugit alias quoque causas subesse potuisse, quare has tabulas auctor revera omiserit. fortasse codicillorum vetustiorum pars interciderat, antequam Academiae biographus ille, cuius librum noster decerpsit (Wilam. Ant. p. 54, cf. infra p. XXVII n. 1), aut recentiorum, antequam ipse musei tabularia pervestigaret.

praetermitti non oportebat, prorsus absit[1]. itaque quo accuratius libri argumentum examinamus, ea quae desint ad ea quae insunt perpendentes, eo certius apparet eos quibus papyri evolvendae munus impositum erat, quidquid pagellarum adeo destructum esse videretur ut quidquam erui aliqua cum specie negari posset, e medio sustulisse. ego autem in Inventario Papyrorum manu scripto quod inspicere mihi licuit (p. 105) verba *papiro intero* nescio quo iure usurpata legi voluminis signaturae apposita.

X. Opus musivum est quod in manibus habemus[2], neque magna laude scriptorem dignabimur, qui centonem suum ex innumeris pannis consuere non erubuerit. attamen ne iniusti simus, summa illa varietas rerum e testium oculatorum memoria, e multis vitarum scriptoribus, e scholae tabulariis congestarum consideretur, licet iam congestam invenerit in praecursoris illius libro, unde alii quoque summo cum fructu sua hauserunt. scripsit librum, ut Buecheleri verbis utar[3], 'philologus potius quam philosophus', cuius magis intererat hominum vitam et indolem describere quam doctrinae vicissitudines explicare. '*Mit Vorliebe*, inquit Gomperz[4], *schildert der Anonymus die äusseren Lebensumstände sowie die Charaktereigenthümlichkeiten der Philosophen, aber auch die Entwicklung der philosophischen und wissenschaftlichen Doctrinen ... geht in seiner Darstellung nicht völlig leer aus .... Von Anekdotenklatsch ist die Darstellung noch völlig frei*[5], *während sich mythische Elemente (in der vom Berichte des Diogenes etwas abweichenden Version über das Ende des Heraklides Ponticus und vielleicht auch in der Erzählung von der Unterredung des greisen Plato mit einem Chaldäer) bereits vorfinden*'.

haec omnia sic fere in ordinem quendam digesta leguntur, ut primo ut par est de philosophorum stirpe[6] iuventute[7] studiorum

---

1) Quamquam alibi quoque huius philosophi memoria oblitterata est, fortasse quia Carneadis gloria decessoris nomini offecerat. cf. p. 115 sq.

2) Cf. Zeller, Grundr. d. Gesch. d. gr. Phil.³ p. 9 sq.

3) p. 3.

4) Anz. p. 40 sq. cf. Spengel p. 535.

5) Non plane adsentior, nam neque dicteria desunt (Plato col. *X*, Metrodorus XXVI) neque fabellae ex parte pusillae.

6) IV 35 sq. (Polemo, cf. Panaetius Comp. col. LV), XVII 1 sqq. (Arcesilaus), XXV 1 (Clitomachus).

7) *X* 5 (Plato), IV inf. pars, XIII sup. (Polemo), XXI 1 sqq. (Lacydes).

principiis[1]) agatur, ultimo loco disciplina videlicet non omnis sed adseclarum memorabilium delectus exhibeatur[2]), mediam partem occupet morum descriptio[3]) et rationis docendi brevis explicatio[4]): haec autem pars mihi quidem ita disponi visa est, ut alicui facto memoratu digniori atque agmen characterismi claudenti deinceps subiciantur disciplinorum tabulae[5]). saepe tamen haec concinnitas desideratur in rebus in una eademque pagina enarratis, cuius rei duo insignia exempla in promptu sunt: col. II undecim versuum ultimorum argumenta adeo variant, ut primo referatur Platonis pagus patrius, tum quot annos natus et quo archonte obierit, denique unde nomen Aristocli puero inditum originem duxerit. in *O* autem tam diversae res promiscue congeruntur, omnes quidem ad Lacydis familiam et aetatem pertinentes, neque vero inter se conexae, ut schedularum copiam credas e capsa diffusam esse.

illam autem rerum seriem ne satis dilucide perspiciamus, praeter paginarum defectum obstat ordo columnarum non φύσει ut ita dicam sed θέσει constitutus neque semel graves turbas perpessus[6]). eodem pertinet suspicio a Roepero verbo tacta, columnarum quarundam partes superiores cum aliarum inferioribus esse coniunctas[7]). profecto in mediis paginis transitiones non desunt tam abruptae, ut sedulum scriptorem tam inconsiderate rem egisse vix credas[8]). ut ordo confusus antiquo bibliopegae vel nostrae aetatis evolutori imputari possit, haec quidem turba minime.

---

1) *X* 7 sqq. (Platonis itinera), XVII 8 sqq. (Arcesilai eruditio), XXV 5 (Clitomachus).

2) VI 1 sqq. (Platonici, sequitur 28 Speusippi successio), *S* (Cratetei), XX (Arcesilei).

3) XIII, XIV, *T* (?) (Polemo), *P* inf. p. (Arcesilaus).

4) XVIII—XX (Arcesilaus).

5) VIII inf. pars, IV sup. (Xenocrates vini capacissimus coronam auream aufert: sequitur IV 7 disciplina), XXII 21 sqq. (Carneades legationis Romanae particeps: sequitur 35 disciplina).

6) Cf. Buech. p. 4, qui quartam paginam octavae vidit adhaerere. Roep. p. 23. Gomp. Jen. p. 604. columnas IX—XII quartae cum Buech. subiungere, postquam Gomp. XIIIam eidem conexuit, nullo modo potui, ideo sextae eas invitus obdidi in indice Platonicorum nomina Heraclidis et Chaeronis rursus continenti.

7) L. l. cf. ad XXII 15. Comp. p. 6 de altero indice: *può nascere il dubbio se i frammenti dell' estremità inferiore appartengano poi veramente alle stesse colonne dei frammenti superiori.*

8) Ex. gr. col. XVI.

XI. In fontes commentarioli fontiumque fidem et usum subtilius inquirere non huius loci est, multo minus in eam rationem quae inter eum et Diogenem ceterosque philosophorum biographos intercedat[1]). ne tamen hanc provinciam omnino neglexisse videar, ea quae gravioris momenti esse videntur attingens de auctoribus a nostro diserte laudatis vel levius significatis carptim disseram. ordior a Platonis vita enarranda, cui quae praemittit (*X* 5), siquidem Buecheler et ego recte lacunas supplevimus, demonstrant auctorem libelli nihil antiquius habuisse quam ut ex unius scriptoris opere iis rebus delectis (*ἐπιτεμών*) quibuscum aliorum libros concordare vidisset (*οἷς ἄλλοι συνῇδον*), imaginem (cf. *ὑπογραφάς*) fide quam maxime dignam effingeret. profecto intra tres saltem columnas *X Y Z* relationem habemus procedentem neque ulla testium mentione interruptam. testem auritum col. III 37 prodeuntem videmus nescio quem, cui aliquispiam cuius nomen charta non servavit, de Chaldaei cuiusdam adventu deque Platonis morbo res historia dignissimas rettulisse fertur, meo quidem iudicio Philippus Opuntius[2]), ad quem triplex auditoris[3]) scribae[4]) astrologi[5]) designatio quadrat. accedit quod idem Suida teste inter eos numeratur qui de Platone scripserunt, cuius vivam vocem perceperant. sciebamus de Hermodoro (VI 6 cum reliquis testimoniis) Xenocrate Speusippo[6]) biographis, Erastum et Asclepiadem Memorabilium scriptores (VI 10 sqq.) ex hoc tempore in societatem eorum adsumemus qui hominis divini admiratione imbuti facere non potuerunt ut stilum ad encomia promptum comprimerent. at nullum in indice deprehendimus eorum librorum vestigium.

ex eorum numero quos de Platone aliquanto post scripsisse aliunde quoque constat, Neanthes bis laudatur: col. V ima, qua de mentione v. p. 15, et II 36. ibi de cognomine puero propter frontis amplitudinem indito[7]) testis producitur, ita tamen ut ipse

1) Verbo rem tetigit Bergk Gr. L. G. I p. 295 sq., altius descendit Wilamowitz Antig. pp. 54 sqq., cf. Leo die gr.-röm. Biogr. pp. 56 sqq.

2) Moneo tamen, siquidem littera solaris in v. 36 prima recte tradita sit, pro legibus verba dirimendi supra pp. VIII. XIX indicatis nomen aegre conlocari, neque ΟΠΟΥΝΤΙ|ΟC ferri posse nisi spatiolo posthac vacuo.

3) Suid. s. *Φιλόσοφος*.

4) L. Diog. III 37.

5) Zeller II 1^4 991.

6) Zeller ib. 389.

7) FHG. III 5, n. 13.

Philisco Aegineta, Diogenis Sinopensis discipulo[1]) eodemque Alexandri Magni praeceptore[2]), arbitro ex quo rem audiverit utatur[3]).

de Philochoro cf. quae pp. 19, 37 dicta sunt. altero loco (VI 32), ubi nomen a Buechelero suggestum confidenter supplevi, de Speusippo Gratiarum simulacra dedicante agitur, neque quidquam obstare video, quominus aut noster aut quod probabilius is ex cuius hortis rivulos suos duxit hanc quoque rem ex Atthide mutuatus sit. sane celeberrimum illud Speusippi epigramma in stelocoparum antiquissimi Ἐπιγράμμασιν Ἀττικοῖς[4]) non defuerit: sed huius corpusculi memoria ante tempus abolevisse videtur. certe Harpocratio aliud epigramma, illud quod novem archontes, cum Athenienses Piraeeum communire coepissent, Mercurio ad portulam inscripsisse fert[5]), in eiusdem scriptoris Atthide legit, ac quidem in quinto libro (frg. 81 Müll.)[6]). ut autem ad nostrum redeam, notatu dignissima videntur verba v. 38 καὶ γράφει διότι κτλ. quibus cum nomen auctoris non addatur, quaecumque abhinc de Speusippi torpore et annis principatus, deque Xenocratis electione per iuvenes facta (Leo Biogr. p. 59), Aristotelis peregrinatione, Menedemi

---

1) L. Diog. VI 73. 84, Suid. s. Φιλ. a.

2) Ael. v. h. XIV 11, Suid. l. l.

3) Aegina oriundum diserte dici idcirco probabile, ut a Philisco Milesio, cuius discipulum Neanthem fuisse Suid. s. Νεάνθης tradit, distingueretur. ille autem, si quidem Favorino (ap. L. Diog. IV 3) fides Platonem κατά τινας Aeginae natum dicenti, de Aristoclis μετονομασίᾳ certa scire poterat.

4) Suid. s. Φιλόχορος. Müller FHG. I p. LXXXIX.

5) S. v. Πρὸς τῇ Πυλίδι Ἑρμῆς, Suid. s. v.

6) Phot. Lex. p. 15, 399 Pors. cf. frg. 80 apud eundem Harpocr. s. v. Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ Πυλίδι. iterum quintus liber recurrit, non tertius, quem ex Hesychio s. v. Ἀγοραῖος Boeckh de Phil. p. 14 et Müller I p. 393, 397 temporum ratione habita adoptant. observandum tamen alterum Mercurium ab altero esse diversum (Wachsm. St. Ath. I, 208, Lolling in Müllers Handb. III 314₁) neque ab Hesychio ullius epigrammatis inici mentionem. quidni igitur quintus Atthidis liber excursum continuerit de urbis epigrammatis, qui ex alia fortasse dedicatione non ante olymp. XCIV (cf. Müller p. 404) facta ansam ceperit? ex eiusmodi autem deverticulo Epigrammata Attica orta esse facile animo informo. — ceterum col. II 12 non his causis motus, sed soli spatiorum rationi obtemperans ἐν τῶι πέμπτωι supplevi. praecedit ni fallor auctoris nomen, sequuntur eius auctoris ipsius verba: καὶ ἀνέθεσαν εἰκόνα. — addo Crönerto teste II 14 chartam Ἰσ(ο)κράτους praebere, sed quid inde ad loci lacunosi sententiam intellegendam redundet nescire me fateor.

et Heraclidis discessu referuntur, ipsa quoque e Philochoro fluxisse opinor. dubium quidem, sintne ex eodem deprompta quae VII 10 sequuntur *οἱ δ' ἐν Ἀκαδημείαι λέγονται κτλ.*, at tam arcte causae mentio cur Academiae cives Xenocrati primas detulerint (*ἀγασθέντες αὐτοῦ τὴν σωφροσύνην*) cum suffragiis enarratis (*ψηφοφορήσαντες ὅστις αὐτῶν ἡγήσεται*) cohaerere videtur, ut continuam epitomen usque ad VII 17, ubi has res legatio ad Antipatrum missa repentino transitu [1]) excipit, porrigi credere malim.

accedo ad Dicaearchum, cuius nomen cum Philochoro erroris nescio cuius in Atthidis libro sexto commissi coarguto coniunctum comparet col. II 5 [2]), verum quid eadem de re ipse dixerit non magis perspicuum. ex triplici apud Laertium rerum ad Platonis vitam pertinentium mentione (frgg. 24. 25. 26 Müll.) locus de philosopho athleta (reliqua testimonia ap. Zeller II 1⁴, 394₂) memorabilis; *Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων,* ubi num recte Müller p. 227 *φιλοσόφων* supplendum esse censeat, quamvis admodum dubium sit, concedi tamen poterit operis duos minimum libros complexi partem priorem praeter Septem Sapientes et Pythagoram etiam Platonem continuisse. iam confer col. *V* argumentum simul cum exordio mutilo: Aristotelis et Xenocratis apud Hermiam hospitium ita exponitur, ut trium virorum commercium ante oculos habeas reique dilucide exprimendae lenocinio tenearis [3]). cuiusmodi narrationi qui v. 1 testis locuples adhibetur, eum pro certo habeo a philosophis illis propius afuisse quam qui eandem rem multo exilius enarravere Apollodorus Strabo Dionysius (p. 22), nescio autem cui auctori melius conveniat quam Aristotelis ipsius discipulo *ἱστορικωτάτῳ* (Cic. ad Att. VI 2). has habui causas cur Dicaearchi nomen supplere non dubitaverim [4]).

de Dicaearchi testimonio col. XI 18 adhibito pauca dixi §. VIII p. XX. ut ille ita Hermippus (XI 4) et Phaenias (XII 2) de Chaerone Pellenensi egerant, quorum altero (XI 11 sqq.) victorias ex arena reportatas sedulo enumerante Pausanias teste usus

---

1) Gomp. W. Stud. IV p. 109₂.

2) Una et de Clearchi mentione propter Italorum lectionem ΚΛΑΡΧΟΥ propinqua actum est, et vitarum scriptoris Solensis vestigium ne in Arcesilao quidem (FHG. II 317) invenitur.

3) Locus lacunosus V 14 memoriam mihi attulit proverbii tritissimi 'primum vivere, dein philosophari', cuius originem graecam frustra quaesivi.

4) [Cf. tamen p. VIII.]

est. addo quae ex Hermippi libro excerpuntur, ad verbum reddi videri, id quod e particula adversationem vel continuationem significante colligo: *Χαίρων δ' ὁ Π.* Hermippi nomen in narratione de oraculo adulterino deque sontium una cum Heraclide theororum morte fabulosa (IX X) etsi nusquam legitur, tamen non dubito quin initio locum habuerit. hic quoque multo uberius res explicantur quam apud Diogenem: accedit quod oratio directa, quam ille prorsus oblitteravit, magna ex parte servata est (IX 1—11; X).

de Timaeo Xenocratis biographo p. 43, de Diodoro p. 57 dixi[1]).

restat ut duos fontes praecipuos breviter attingam, Antigoni Carystii Vitas philosophorum in antica libelli parte praevalentes et Apollodori Chronica opusculi sub finem vergentis locum primarium occupantia. de utroque a strenuis sospitatoribus satis superque est disputatum[2]), unde fit ut pauca tantum addere opus sit.

et Antigoni quidem characterismis nonnulla incrementa amplior voluminis notitia addidit. refecerunt eos quoad fieri potuit Wilamowitzii curae consensu Laertii atque nostri manifesto nisae eique operis biographi parti quae in enarrandis quattuorvirorum venerabilium post Xenocratis obitum Academiam moderantium vitis versabatur, lucem attulerunt. accedunt columnae *S P*, quas Antigoneis adscribere non dubito[3]), accedunt in paginis iam a Buechelero

1) Auctoris nomen periit I 18 (*φησί*), *Y* 2 (*φησί*), II 34 (*φησὶν* scriptor diversus a Neanthe statim nominando, fort. quem Laertius [ad v. 32] laudat Anileo in chronicorum l. II [FHG. IV 306]), XVIII 33 (*-ος φησι*), alibi, fort. XI 27, cf. 31. — creberrime nominibus non additis testimonia proferuntur: VII 29 (*φασιν*), *S* 27. — *S* 19. *τινὲς* laudantur I 36, IX 1. 2, XII 8, XVI 14. 41. *S* 30. *P* 17. XVIII 37. 38, *ἔνιοι* VIII 11, *πολλοί* X 34, *ἄλλοι* *X* 2 (cf. supra p. XXVII).

2) De Antigono egerunt Gomperz Anz. p. 41, Jen. L. Z. p. 603, Wilamowitz Ant. p. 55 sqq. (cf. Lortzing, Jahresber. f. Alterthumsw., Bd. LXXXXVI [1898. I.] p. 182), de Apollodoro Roeper et Gomperz locis p. 92 indicatis. — Gomperzii de Antigono verba adferre libet: *Die gemeinsame Quelle unseres Autors und des Diogenes, aus der nicht wenige fast wörtlich übereinstimmende Nachrichten und Urtheile (vornehmlich in der Darstellung des Polemon und des Arkesilaos) geflossen sind — eine Übereinstimmung, die so weit geht, dass wir mehrere Versehen des Diogenes oder seiner Abschreiber nunmehr mit Sicherheit berichtigen können — ist, wie sich mit vollster Evidenz erweisen lässt, Antigonos von Karystos, der jüngere Zeitgenosse des Arkesilaos.*

3) *S* 19 *ἔνιοι* (sc. ab Antigono diversi) supplevi, quo non unam de Crantoris supremis mandatis fuisse memoriam significarem: verumtamen quam incerta supplementa inde a v. 16 proposuerim probe scio.

editis quaedam minoris momenti. uno certe loco evidens est interruptio excerpti, exordium dico columnae *Q*, pergit enim v. 6 *Ἀντίγονος δὲ γράφει*, ut vel sic columnae *T* quae ad Antigonum revocari nequit, alioquin erraticae perfugium pone XVam concedi possit.

quod vero opus chronographum attinet, seriei illi amplius triginta senariorum solutae orationi insertorum, quam Roeperi acumini debemus, et spicilegio a Gomperzio e copiis Bodleianis deprompto perpauca adicere licuit quae iudicium de pretiosissimo emblemate neutiquam puto esse commutatura. ea fragmenta, quae ad grammatici celeberrimi *Χρονικά* summa cum probabilitate a Roepero relata sunt, cui nemo quod sciam oblocutus est[1]), in Apollodori editione a Fel. Jacoby parata reperies, cui in dissertatione inaugurali bonae frugis plena praelusit[2]).

XII. Auctoris nomen quod reticent pagellae[3]), duarum triumve rerum ultro citroque adminiculantium concentu coargui videtur. quod enim in hoc indice Academici Ciceronis aetate posteriores non magis recensentur quam in gemello de Stoicorum successionibus ex iisdem cineribus eruto, quem simillime dispositum fuisse primo obtutu apparet, perbene id quidem et cum librorum Philodemi Gadareni, acerrimi partium Epicurearum adsectatoris, Herculanei repertorum crebritate convenit et cum testimonio Laertiano, quo decem minimum *τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως* volumina ab eodem homine conscripta comprobantur[4]). quae refragari videbantur verba col. XXVI 42 *ἄρχοντος παρ᾽ ἡμῖν Εὐγάμου* seu potius *Εὐμάχου,* unde Atheniensem fuisse scriptorem aut saltem Athenis scripsisse effici poterat, eorum vim Theophili Roeperi inventum illud exoptatissimum infregit, cui memoriae Apollodoreae ceteroquin paene oblitteratae recuperationem debemus. forsitan mireris

1) Ne Unger quidem Philol. XLI p. 633.

2) De Apollodori Atheniensis Chronicis. Berol. (MDCCCC).

3) In libelli fine exstante deest subscriptio sicut in Philippidea Hyperidis vel in Athen. rep., cf. Kenyon Pal. p. 22.

4) Cf. Petersen, Phaedri Epicurei de nat. deor. fragm. p. 8. Buech. p. 3. Roep. p. 27. Compar. Pap. ercol. pp. 4. 23. idem Relaz. p. 163. Gomp. Hermae vol. V p. 386, idem Jen. p. 603, idem Festschr. p. 256. Zeller III 1^3 p. 33_2. Susem. I p. 116_{544}. II p. 269_{187}. Scott Fragm. Herc. p. 32. De papyris 1018 et 1044 probabiliter ad idem opus conlectaneum referendis cf. Scott ibid. p. 35, 65 sqq. (*Biogr. Rolls f, g, h*), Crönert Sitzgsber. d. Berl. Akad. 1900, p. 942 sqq.

sectae Epicureae pugilem ardenter luctari solitum[1]) adeo sibimet ipsi temperari potuisse, ut libros ederet quibus 'curiose quidem tamquam in annalibus vitae philosophorum, fortunae aetates magistri discipuli, denique res externae enarrantur, interiores autem philosophiae rationes fere negleguntur'[2]): sed versatilis Graeculi indoles, ne quid dicam de epigrammatis eleganter tornatis, Ciceronis testimonio de homine 'non philosophia solum, sed etiam ceteris studiis quae fere Epicureos neglegere dicunt perpolito'[3]) evincitur. et tulit litterarum et antiquarum et recentiorum historia huiusmodi ingenia ex se parum fertilia, quorum calamus modo bellandi avidus modo ipso scribendi pruritu agitatus, ut taceam de paupertate audaci, ad quamlibet studiorum varietatem exprimendam se applicaret.

itaque satis probabiles causas esse non diffiteor, quare L. Pisonis familiari in Herculanensibus voluminibus facile primas tenenti hic quoque libellus addicatur, nullam inveniri graviorem qua hoc nomen dissuaderi possit. nihilo minus cautionem cum rei natura consentaneam arbitratus, quoniam post Comparettii editionem nihil praesidii quo rei fides adderetur accessit, et ipsius et Buecheleri auctoritati parens Indicem ἀνώνυμον prodire malui.

Haec habui quae libello de disciplinae Platonicae successionibus praemitterem post Italorum operam mancam quidem usuique parum aptam nec tamen prorsus spernendam ac Buecheleri curas et acumine ingenii et prospero successu florentes tertium prodeunti. reliquum est, ut his potissimum quattuorviris qui de me deque opusculo egregie meruerunt gratias persolvam quam maximas: Theodoro Gomperzio praeceptori dilectissimo, cuius pro-

---

1) Cf. Gomperz, Philod. u. d. ästh. Schriften p. 4 sq.

2) Buech. p. 22. cf. Gomp. Jen. p. 604 '*die farblose Objectivität der Darstellung und der totale Mangel an nergelnder Polemik*'. unus quod sciam Fr. Nietzsche m. Rh. XXIV 208 de alio auctore cogitavit: Spengelii enim sententiam qui p. 535 e laude Metrodoro horti desertori (L. Diog. X 9) tributa (col. XXVI) auctorem Epicureum esse non potuisse concluserat, suum in usum vertens et 'animum Epicureis infestum' aperte prodi adfirmans Iasonem Nysaeum Posidonii nepotem eundemque successorem (cf. ad col. XXV 38, Susem. II p. 245) et Sotionis διαδοχάς unde ille sua hauserit nuncupavit. quam opinionem optimo iure Buech. l. l. impugnavit probantibus Roepero p. 27 qui illam laudem restringi demonstrat et Comparettio Pap. ercol. p. 26.

3) In L. Pis. XXIX 70. cf. de fin. II 35, 119.

pensa erga me voluntate factum est ut praestantissimis subsidiis instructus ad negotium adgrederer, Francisco Buechelero et Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff viris humanissimis, qui plagulas perlegendi taedium non recusantes quantum me consilio monituque adiuverint, in libro edendo magis expertus sum quam editus quamvis ubique eorum opem exhibens aperire poterit, Iohanni de Arnim viro mihi benevolentissimo, qui de multis coram agens ad verba libri in ordinem redigenda plurimum contulit. praeter hos variis officiis me sibi obstrinxerunt viri doctissimi Eugenius Bormann, Guilelmus Crönert, Felix Jacoby, Iohannes Kirchner, Edgar Martini. denique Academiae Imperiali cuius beneficio pagellas papyraceas in Museo Nationali perscrutandi copia facta est pro adiumento lautissimo quod ad iter Italicum praestitit grates ago singulares.

Scribebam Vindobonae mense Augusto MDCCCCI.

PRAEMONENDA.

Dispositio editionis ea est, ut uncinorum explicatione facile supersedeam, qua intervallorum punctis discriptorum modulus non magis egebit. moneo tamen litterarum perditarum numerum in universum totidem punctis denotari.

Hoc unum addo, litteris diductis me illas Spengelii Buecheleri Gomperzii lectiones designasse, quae postmodo melior aut apographorum aut voluminis ipsius notitia comprobavit: qua distinguendi ratione non nego opus non fuisse, at superflua non nocere omnes concedimus.

ADDENDA.

p. XXX. Mirum in modum de emblemate Apollodoreo Wachsmuth disputat in libello de Eratosthene, Apollodoro, Sosibio chronographis p. 19 '*und zwar blickt die ursprüngliche (metrische) Form hier noch vielfach so deutlich durch, dass es mit meist nicht sehr bedeutenden Änderungen gelungen ist, grosse zusammenhängende Stücke der Chronik aus jenem Tractat herauszuschneiden*'. immo pinacographum has partes ὁλοσχερῶς descripsisse vel describendas curasse (Wilam. Ant. p. 54) res ipsa indicat, recteque illa suppressa sunt Einl. in d. St. d. alt. Gesch. pp. 131. 136.

p. 4, col. I, 6 cf. Themist. 319 A de Platone: *πρὸς δὲ καὶ ἕτερα πάμπολλα ἐπεισηνέγκατο καὶ εἰσήγαγε, λόγου ἰδέαν κερασάμενος ἐκ ποιήσεως καὶ ψιλομετρίας.*

8 *γενόμενα* Gomp. ΜΟΜΕΝΑ N.

p. 27, X 10 *δράκοντι*] de angue Heraclidis contubernali quo ille ad *ἀπαθανατισμοῦ* fraudem abusus sit, Demetrio Magnete et Hippoboto auctoribus L. Diog. V 89 sq., Suid. s. *Ἡρακλείδης* ab Hermippeis diversa tradunt. cf. Rohde, Psyche[2] II p. 174, et quae contulerunt Tylor Anf. d. Cult. (Spengel u. Poske) II p. 240, Marx, Dankb. Th. p. 95 sq., Th. Elze, Dioskuren XX p. 261, Riess Pauly-Wiss. I 77.

p. 29, XI 12 *ἀπτώς*] cf. Reisch Pauly-Wiss. II 2055.

p. 33, VI 1 de Amynta aget Diels, Fragm. d. Vorsokr. p. 91. Roeperi Quaest. Abulph. alt. non vidi.

p. 41, VII 43 *τῆι εὐνοίαι τῆι πρὸς τὸν δῆμον*, cf. *εὔνοια πρὸς τὸ πλῆθος* inscr. Sest. 246, 52, 93 Ditt.[1], Gomp. W. Stud. IV p. 106.

ibid. 45 *μουσεῖα θῦσαι* 'musis sacra facere' accedit loco Iamblichi v. Pythag. 36 (184, 3 N.) *μουσεῖα θυόντων αὐτῶν ἐν οἰκίᾳ* ob singularem dicendi rationem notato a Weinbergero Fleck. Jahrbb. 1892 p. 269.

p. 57, *T* 2 *Διόδωρος*] cf. etiam Wilam. Ant. p. 329.

p. 62, *S* 30 [cf. p. 76] in eorum numero qui de Bione Academico dubitant non praetereundus Aldobrandini ad L. Diog. IV 46: 'Bionem Borysthenitam qui in Academicis numeret non facile invenias. quin etiam ex verbis Laertii si illum spectemus, haud ilico Academicum dixerimus. Cicero certe, qui totam Academiam diligentissime noverat, hunc non reticuisset, si inter Academicos habendum existimavisset'. — qui sit *Σκύθης ὁ Ἀκαδημαϊκὸς σοφὸς* apud Eustath. Il. p. 325 ed. Rom. nescio.

p. 64, XVII 9 *ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁρμῆσαι*, cf. *ἐπὶ τραγῳδίαν ὁρμῆσαι* v. Eurip. 3, 18 Schw.

ibid. 11 *ὑποδοχὴν* Gomp.

p. 78, *M* 17. Nescio quo pacto cum Platonico Moschione poetam tragicum (fragm. p. 812 N., cf. Meineke Sitzg. d. phil.-hist. Cl. d. preuss. Ak. 15. Febr. 1855) confundit Bernoulli Gr. Ikon. II 55.

pp. 85 sq. (XXIII 38, XXIV 1. 4) Arnim qui Asclepiadem Apamensem *unter den Schülern des Karneades*' recenset Pauly-Wiss. II 1631, nollem ibid. III 114. 545 dubitantius locutus esset de discipulis ad eandem seriem manifesto pertinentibus: '*Batakes (Biton) scheint als Schüler des Karneades genannt zu werden*'.

CORRIGENDA.

Levidenses operarum errores quales sunt *diem* (l. *idem*) p. 13, 15 ab ima, *Πλόχωνος* p. 23, 19 vel *γεν(όμεν)ος* p. 78, 34 quod debebat esse *γ)εν(όμεν)ος*, lector ipse corriget.

SIGNA.

P: volumen Herculanense n. 1021 signatum. cf. Scott, Fragmenta Herculanensia, a descriptive catalogue of the Oxford copies of the Herculanean rolls, Oxf. 1885, p. 32 sq. 68.

P^c: lectiones a Guilelmo Cr(önert) e P notatae in schedis editoris in usum conscriptis.

p: volumen Herculanense n. 164 signatum, cuius usque adhuc exigua pars evoluta est.

N: Herculanensium voluminum coll. alt., tom. prim., Neap. 1862, tabb. 162—197.

O: apographon Oxoniense.

Sp.: Leonardus Spengel in Philologi Supplemento II 5 (1863) p. 535 sqq.

Buech.*: Franciscus Buecheler, Academicorum philosophorum index Herculanensis, in indice schol. hib. Gryphisw. 1869.

Roep.: Theophilus Roeper in editionis Buecheleri censura, Philolog. Anzeiger II, 1 (1870) p. 22 sqq.

Gomp. Anz.: Theodorus Gomperz, Anzeiger der kais. Akad. d. Wiss. in Wien, phil.-hist. Cl., 6. Apr. 1870, p. 41 sq. cf. Philolog. Anzeiger II, 1 (1870) p. 66 sq.

— Jen.: idem, Jenaer Literaturzeitung II (1875) n. 539, p. 603 sqq.

— W. Stud.: idem, Die Akademie und ihr vermeintlicher Philomacedonismus, Wiener Studien IV (1882) p. 102 sqq.

— Polem.: idem, Die herculanische Biographie des Polemon, Philos. Aufsätze, Ed. Zeller gewidmet (1887), p. 141 sqq.

— Sitzgsb.: idem, Philodem und die ästhetischen Schriften der hercul. Bibliothek, Sitzungsberichte der kais. Akad. d. Wiss., phil.-hist. Cl., Bd. CXXIII (1891), 6. Abh., p. 83 sqq.

— Festschr.: idem, Eine Schülerliste der neueren Akademie, Festschrift für O. Benndorf (1898), p. 256 sqq.

Comp.: Papiro ercolanese inedito pubbl. da Dom. Comparetti, Torino 1875 (Riv. di fil. III, 1875, p. 449 sqq.), Stoicorum philosophorum indicem e volumine n. 1018 signato editum continens. hac de editione egit Gomp. Jen.

Wilam. Ant.: Udalr. de Wilamowitz-Moellendorff, Antigonos von Karystos, Philol. Untersuchungen, IV. Heft (1881), p. 54 sqq.

Zeller: Ed. Zeller, Die Philosophie der Griechen in ihrer geschichtlichen Entwicklung.

Susem.: Frider. Susemihl, Geschichte der griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit.

L Diog. X 3 de Epicuro et fratribus disserens *καθά φησι Φιλόδημος ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως.*

Col. I*

deest in apographis.

1 .... Є	.... ε
3 .... ΚΑΘΑ	.... καθὰ
5 .... ΧΑΝ	.... χαν
6 .... ΧЄ ..	.... χε ..
8 .... ΑΧΑ	.... οὐκ) ἄχα-
.... ΚΑ	ρι τοὔργον νομίζοντες) κα(ὶ
10 .... ΔΗΜЄΙΑΝ	τὰ περὶ τὴν Ἀκα)δήμειαν
.... ΚЄΛЄΥΟΝЄ	διηγούμενον ἐ)κέλευον ἐ-
.... ΤΑΙϹΠΟ/	παξίαν ἀφορμὴν) ταῖς πολ-
.... ΚЄΥΑΖЄ ..	λαῖς ἐπικατασ)κευάζε(ιν
.... ΑΔΩΝ	αἱρέσεσι)? ... αδων
15 .... ϹΘЄΤΟ	.... σθετο
* * *	* * *

8 sqq. supplevi. videtur auctor libelli haec fere praefatus esse, instituisse sibi amicos, ut sicut (*καθά*) de aliarum disciplinarum aetatibus egisset, Platonicae quoque adumbrandae operam daret.

Col. I. (13. 730 O. 162 N.)

O.	(ἐκ τῶν
PLATO ΕΝΔΕ . ΙΜΕΝΩΝ . . ΝΕΠΑΙ	ἐνδε(χο)μένων (οὖ)ν ἐπα-
ΜΕΚΑΙΝΙCΟΠΑΛΙΝΑΠΑCΑΝ	νεκαίνισε πάλιν ἅπασαν
ΤΗΝ . . Ε . . . . . . ΥC . . . . ΑΤΟΥΤ	τήν τ' ἐ(λλείπο)υσ(αν δι)ὰ τοῦτ'
ΕΝΤΟΓ . . \ΠΟΙΘΕΥΡΥCΜΙΑΝ .	ἐν τοῖς (λό)γοις εὐρυθμίαν
ΠΡΟCΕΛΑΒΕΝΑΥΤΟCCCΠΟΛ	προσέλαβεν· αὐτὸς (δ)ὲ πολ-
ΛΑΕΤΙCΙCΗΝΕΙΚΑLΟΙΔ . . . . . Ν	λὰ ἐπεισηνέγκατο ἰδ(ιολογῶ)ν,
ΕΙΓΕΔΙΑΠΑΡΑΙC . . . . Ⲧ	εἴ γε διὰ παρρη(σίας δεῖ τὰ φα)ι-
ΝΟΜΕΝΑΛΕΓΕΙΝΠΑ	νόμενα λέγειν. πρ(ῶτος
ΔΗΤΩΝΠΑΝΤΩΝ . . . . Ω	δὴ τῶν πάντων (ἀνθρ)ώ-
ΠΩΝΟΥΤΟCΕΥ_ΗC . . . ΙΛΟ	πων οὗτος (η)ὔ(ξ)ησ(εν φ)ιλο-
CΟΦΙΑΝΚΑΙΚΑΤΕΚΥC . . ΙΤΟ	σοφίαν καὶ κατέλυσ(ε· πρ)ο-
. . ΡΕΨΑΤΟΜΕΓΓΑΡΑ‾C . ΕΤ . .	ετ)ρέψατο μὲγ γὰρ ἀτε(λ)έ-⟨σ⟩τ(ους
ΩΓΕΙΠΕΙΝΕΠΑΝΤΗΝ\ΙΑ . .	ὡς εἰπεῖν ἐπ' α(ὐ)τὴν διὰ
ΤΗCΑΝΑΓΡΑΦΗCΤΩΝΑ . .	τῆς ἀναγραφῆς τῶν δ(ια-
. . . ΝΕΠΙΠΟ . . ΤΩCΔΕΚΑΙ . .	λόγω)ν, ἐπιπο(λα)ίως δὲ καὶ (ῥαι-
. . . . . ΕΠΟ . . ΕΦΙΛΟCΟΦΕΙΙ . .	θύμως) ἐπο(ίησ)ε φιλοσο-φεῖ(ν τὰ
ΦΑΕCΡΑΝ ΚΑΡΕ . . . . ΕΙ . .	φανερὰ ἐκδρε(πομ)έ(νους? .
ΤΡΙ . . . ΦΗCΙΔ ЬΓΙ	τρι . . . . φησὶ δ' ὅτι . . . .
. . . . . ΚΑΙΤΙ . . . ϽΝΑ	τοσοῦτο) καὶ τῆ(ς φ)ωνασ(κίας

I. 1—4 desunt in N 1 ΜΕΝΩ ego legi in P, ΜΕΝΟΝ Pc 2 ΝΕΚ P 3 Τ::ΝΤΕ P 4 ΙΓΟΙC P ΕΥΡΥΘ‾ΙΙ\ P 6 ΕΠΕΙC N 7 ΠΑΡΟ N, ΠΑΡΡL Pc 10 ΕΥ≥ΗCᴗ Pc 11 ΚΑΤΗΛΥC N 13 (ΑΝΤΗΓ N) ΔΙΑ in N ultimae litt. 14 της]ΤΑ. N 17 ΦΑJΕ?ΑΝCΚΡΕ Pc 18 ΔΟΤΙ N 19 ΤΗ N. ΝΑC N

I. 1 ἐκ τῶν ἐνδεχομένων supplevi, κατὰ το ἐνδεχόμενον secundum Crönerti lectionem Arnim οὖν suppl. idem 2 ἅπασαν scil. φιλοσοφίαν. Eusebio auctore pr. ev. XIV 4, 16 Arcesilas ἐπειρᾶτο παράδοξά τινα ἀνακαινίζειν. hic quidem non de aliquo philosophiae initiatore velut Pherecyde, sed de Platone ipso agi Wilam. mihi persuasit 3 ἐλλείπουσαν suppl. Arnim 4 supplevi 6 suppl. Arnim 7 supplevi 8 suppl. Gomp. 9 suppl. Buech.* 10 εὕρηκεν Gomp., malui ηὔξησεν; similiter Αἰσχύλος τὴν τραγῳδίαν ηὔξησε (vita) 11 προετρέψατο suppl. Wilam., ἀτελέστους ego rest. 14 τῶν δογμάτων Arnim: praetuli Wilamowitzi supplementum 15 ἐπιπολαίως suppl. Buech.*, ῥαιθύμως ego 16 suppl. Wilam. 17 supplevi 18 Demetrii Magnetis fieri mentionem ci. Gomp. 19 supplevi. φωνασκεῖν Platonicum de sobrie vivendo inferioris aetatis scriptoribus usitatum

.... ΟΥΦΙΛ .. ΟΦΕΙΝΕΝΔΙ
CΙΜΟΝΕΔΩ ... ΩCΤΕΝΗΠ
ΜΑΘΗΚΟΤΑ ..... ΠΑ .....
ΤΕΜΗΔΕΝΝ ....
ΜΟΥCΜΑΘC ....
ΤΟΤΩΝΦΙΛ ....
<ΑΤΑΡΙΚ ....
CΑΙΠ ....

* * *

Α ... ΠΕ|ΘΕC ....
ΕΚΕΙΝ‾|... ΕΜ .... ΚΕΙC
ΝΟ . ΤΙ .|... ΩΝΑ .... ΟΜΕ
ΠΡΟΒΛ |.. ΙΚΑΓ . ΝΕΧΕΙΝ
ΑCΜΟΜ|..\ΤΗCΙΔΙΑ^ΕΝΑΘΙ
Α ... ‒ |. /CΙΝΜΑΛΛΟΝΔΕ
ΤΟΥ .. |.... ΙΝΜΟΝΟΙΤΗΝ
ΤΟΥΘΑ |... ϏΚΑΙCΟΦΩΤΑ
ΤΕCΤΓ |.. \ΚΑΤΑΝΟCΥΝ
.... |... CΠΕΠΑΠΕ
|..... ΥΚΑΤΑ

καὶ τ)οῦ φιλ(οσ)οφεῖν ἐνδ(ό-
σιμον ἔδω(καν), ὥστε μή̣τ(ε με-
μαϑηκότα(ς μηδὲν) πάνπ(αν
τε μηδὲν μ̣(εῖζον προηιρημέ-
νους μαϑε(ῖν οὐ) μόνον εἰ̣(ς
τὸ τῶν φιλ(οσόφων αὐτ)οὺς
καταριϑμε̣(ῖσ̣ϑ̣αι πλῆϑος, ἀλλὰ
κ)αὶ π ....

* * *

..... ϑεσ ....
α ... πε .... εμ .. (οὐ)κ εἰς
ἐκεῖν(ο) Π̣(λάτ)ωνα (μεμφ)όμε-
νο(ι) τι(νες) ἱκαν̣(ὸ)ν ἔχειν
πρόβλ(ημ)α̣ τῆς ἰδίας ἀμαϑί-
ας νομ(ίζο)υ̣σιν, μᾶλλον δὲ
ἁ(μαρ)τ̣(άνουσ)ιν μόνοι τὴν
τοῦ γ(λυκυτάτο)υ? καὶ σοφωτά-
του δια(δόχο)υ̣ κατανοοῦν-
τες π̣λ̣(άνην?) ... ο περὶ̣ ἀπε̣
.... τ(ο)ῦ κατα

21 ΩCΤΕΝΚΑ N, ΩCΤΕΓ·ΗΠΙ P[c] 22 ΜΑΝΠ N 24 ΝΟΥCΜΑΘΕ.... ν'ΟΝΟΝΕΙΙ P[c] 25 ΟΥC in fine N 26 ΚΑΤΑΡΙΩΙΙC‾ P[c]. in N inde a v. 33 usque ad paginae calcem sinistra pars non exstat praeter 35 ΕΚΕΙΝ, 36 ΝΟ. in O autem dextram partem unius versus spatio deorsum esse motam facile apparet syllabarum iuncturas consideranti. cf. quae ad col. II init. dicentur
37 ΒΛΙ.ΛΤΗC P 38 ΝΟΜ.../CΙΝ P ΙΛΑC.ΜΑΘΙ N, ΑΜΑΘΙ|ΑC clare P[c] 40 ϽΥΓ P /ΚΑΙ P 41 Τ̣Ο̣ΥΔ̣ΙΑ..../Κ P ΝΟΟΥΝ N 42 ΤΕCΤΛ P ΟΜΕ.ΙΑΠΕ N, Ο̣ΠΕΡ̣ΙΑΠΕ P[c] 43 ΤΑΥ.ΑΤΑ N

20 *ἐνδόσιμον* suppl. Buech.* 'Platoni *οἱ νέοι*, cives, *ἰδιῶται* incentivum dederunt philosophandi' 21 *ἔδωκαν* suppl. Gomp., quae seq. ego 26 *καταριϑμεῖται* agn. Cr. 35 sqq. *μεμφόμενοι* Buech., cetera ego supplevi
39 *ἁμαρτάνουσιν* suppl. Buech. 41 *διαδόχου* suppl. Cr. *τ. τ. ... διαδόχου κατ. τάξιν* Buech. ordinem intellegens Platoni a recenti Academico cum quo rixetur Philodemus adsignatum.

Col. *X.* (10. 727 O.)

..........ΚΑΠΕΙ......	.... οὐ)κ ἀπει(κότως ἐπι-
ΤΕΛΛCΔ...CΑΛΛCICΥΝ...ΝΕ..	τεμ(ὼν οἷ)ς ἄλλοι συν(ῄδο)ν ἐ(πι-
ΤΡΕΓΑΟΤΑΓΕΓΡΑΙ.ΜΕΝΙ...ΑΙΓ..	τρέ(χω) τὰ γεγρα(μ)μέν(α περ)ὶ Π(λά-
ΤΩΝΟC.‾.ΝΘΥΠΟΓΡΑ.ΑCΕ-ΧΟΝ	τωνος (ἅ)π(α)νθ' ὑπογρα(φὰ)ς ἔχων
ΠΟΥΓ... \ΛΑΤΩΝCΩΚΡΑΙCΥ-CΥΤΟ	τούτων· Π)λάτων Σωκράτους (γεγ)ο-
Ν.....ΗΤΗCΑΠΡ.ΕΙΦΕ‾C\ΕCΟ..	ν(ὼς μαθ)ητὴς ἀπ(ολ)ειφθ(έν-το)ς ὅ(τ'
Α...CΤΩΝ..ΚΟCΙΕΠΙΑΑΙΥΗΡΘ-ΝΕΙC...	ἦν) ἐτῶν (εἴ)κοσι ἑπτὰ ἀπῆρεν εἰς (Σι-
ΚΕΛΙΗΝΚΡΗΤΑΝΑΝΕΙCΤΟΥC-ΠΥΘΑ	κελί(α)ν καὶ Ἰταλίαν, εἰς τοὺς Πυθα-

X. 1 *οὐκ ἀπεικότως* supplevi 2 init. Buech. suppl., *συνῄδον* ego 3 *ἐπιτρέχω* supplevi, *περὶ* rest. Buech. 4 *ἅπανθ'*, 5 *τούτων* et *γεγονὼς* rest. idem 6 *μαθητὴς* supplevi, *ἀπολειφθέντος ὅτ' ἦν* rest. Buech. 7 *ἑπτὰ ἀπῆρεν* correxi 8 in ΚΡΗΤΑΝΑΝ praeter asyndeton et doricam nominis formam dittographia corruptelae indicium, magis etiam ipsum insulae nomen, quam eum neglegere oportebat qui Aegyptum alto silentio praeteriret: uno velut ictu haec dispescens ΚΑΙΙΤΑΛΙΑΝ corr. Arnim. idem exin *ὡς τ. Πυθ.* mavult

X. 7 L. Diog. III 6 *γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν καὶ ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας· οἷ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνακολουθῆσαι.* Plutarcho auctore de gen. Socr. VII Plato ab Aegypto redux Delum attingit.

Olympiod. v. Plat. 2, 47 Did. (IV p. 192 Herm.) *μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Σωκράτους διδασκάλῳ πάλιν ἐχρήσατο Κρατύλῳ τῷ Ἡρακλειτείῳ ... μετὰ τοῦτο δὲ πάλιν στέλλεται εἰς Ἰταλίαν, καὶ διδασκαλεῖον εὑρὼν ἐκεῖ τῶν Πυθαγορείων συνιστάμενον Ἀρχύταν ... στέλλεται καὶ εἰς Σικελίαν.*

Olympiod. in Gorg. 163, Jahns Archiv XIV (1848). Anon. v. Plat. 7, 36 Did. (prolegg. IV p. 199 Herm.) *μετὰ δὲ τὴν εἰς Σωκράτην φοίτησιν ἀπῆλθε πρὸς τοὺς Πυθαγορείους ... μεμαθηκὼς δέ, ὅτι τὴν ἀρχὴν εἶχον τῆς φιλοσοφίας οἱ Πυθαγόρειοι ἀπὸ Αἰγύπτου, ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον ... εἶτ' ἐλθὼν εἰς Φοινίκην περιέτυχεν ἐκεῖσε Πέρσαις καὶ ἔμαθε παρ' αὐτοῖς τὴν Ζωροάστρου παιδείαν. εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ Σικελίαν ἀφίκετο ... ὅτε καὶ τὴν εἰς Διονύσιον ἔντευξιν ἐποιήσατο.*

Cic. de re publ. I, 10, 16 audisse te credo, Tubero, Platonem Socrate mortuo primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam et in Siciliam

Γ . . ΗΟΥϹϹΙΧΥΝΓЄΝ⸌ΙωΔΟϹ-ΤΙΝΑ	γ(ορε)ίους, οἵ(ς) ξυνγενόμενός τινα
ΧΡΟΝΟΝϹΥΝЄΜЄΙΖ . . . . ΝΥϹΙ	χρόνον συνέμειξ(εν Διο)νυσί-
ωΙΤωΙΠΡЄϹΒΥΤΟΝΟΙ . . . . . . ΝωΙ	ωι τῶι πρεσβυτέρωι (λεγομέ)νωι,
ΚΑΙΤ . ΥΤΟΥϹΚΑΙΟΤЄΤ . . ⸌ΥΤΟΥ ΤΗΝ	καὶ τ(ο)ύτου σκαιότερ(ον) αὐτοῦ τὴν

10 suppl. Gomp. 11 πρεσβυτέρωι corr. Gomp., λεγομένωι ego supplevi, praestat tamen fort. τυράννωι

contendisse, ut Pythagorae inventa perdisceret. — de fin. V, 29, 87 cur Plato Aegyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet? cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos?

Val. Max. VIII, 7, ext. 3 Plato ... Aegyptum peragravit ... quo minus miror eum in Italiam transgressum, ut ab Archyta Tarenti ... Pythagorae praecepta et instituta acciperet.

Quintil. inst. or. I, 12, 15 Plato, qui non contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat, Aegypti quoque sacerdotes adiit atque eorum arcana perdidicit.

Apul. de Platone et eius dogm. I, 3 (65, 5 Goldb.) posteaquam Socrates homines reliquit, quaesivit, unde proficeret, et ad Pythagorae disciplinam se contulit ... ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret, est profectus et astrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. et ad Italiam iterum venit et Pythagoreos Eurytum Tarentinum et seniorem Archytam sectatus. atque ad Indos et Magos intendisset animum, nisi tunc eum bella vetuissent.

Augustinus de civ. dei VIII 4 Plato ... et in Aegypto didicit quaecumque magna illic habebantur atque docebantur, et inde in eas Italiae partes veniens, ubi Pythagoreorum fama celebrabatur, quidquid Italicae philosophiae tunc florebat, ... facillime conprehendit.

Strabo XVII 806 *ἐν τῇ Ἡλιουπόλει ... ἐδείκνυντο αἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί.*

10 sqq. Diodor. XV 7 *μεταπεμψάμενος τὸν ἄνδρα τοῦτον* ⟨Dionysius Platonem⟩ *τὸ μὲν πρῶτον ἀποδοχῆς ἠξίου τῆς μεγίστης* (cf. Plin. n. h. VII 110, Solin. 32, 6), *ὁρῶν αὐτὸν παρρησίαν ἔχοντα ἀξίαν τῆς φιλοσοφίας· ὕστερον δ' ἔκ τινων λόγων προσκόψας αὐτῷ παντελῶς ἀπηλλοτριώθη καὶ προαγαγὼν εἰς τὸ πρατήριον ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο μνῶν εἴκοσιν.*

Plut. Dion. V *οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Δίωνα τοῦτο τέλος ᾤοντο τῆς ὀργῆς γεγονέναι καὶ τὸν Πλάτωνα σπεύδοντα συνεξέπεμπον ἐπὶ τριήρους, ἣ Πόλλιν ἐκόμιζεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸν Σπαρτιάτην· ὁ δὲ Διονύσιος κρύφα τοῦ Πόλλιδος ἐποιήσατο δέησιν μάλιστα μὲν ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα κατὰ πλοῦν, εἰ δὲ μή, πάντως ἀποδόσθαι· βλαβήσεσθαι γὰρ οὐδέν, ἀλλ' εὐδαιμονήσειν ὁμοίως δίκαιον ὄντα, κἂν δοῦλος γένηται. Διὸ καὶ λέγεται Πόλλις εἰς Αἴγιναν φέρων ἀποδόσθαι Πλάτωνα, πολέμου πρὸς Ἀθηναίους ὄντος αὐτοῖς καὶ ψηφίσματος, ὅπως ὁ ληφθεὶς Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ πιπράσκηται.* cf. de tranq. an. XII.

ΠΑΡΡΗCΙΑ . ЄΝЄΓΚΑ . . ΥCΟΤΙ-ЄΡC	*παρρησία(ν) ἐνέγκα(ντο)ς ὅτι ἐρω̣-*
ΤΗΘЄΙCΤΙCΑΥΤѠ . . . Κ . . <Α . .-ΧΝΑΙ	*τηθεὶς τίς αὐτῶ(ι δο)κ(εῖ) κ̣α-(ταστῆ)ναι*
ЄΥΔΑΙΜΟΝЄCΤЄΡΓΟΝ⌒ЄΙ-ΠЄΝΑΥΤ	*εὐδαιμονέστερο̣ς̣, εἶπεν, αὐτ(ὸς*
ѠC . . . . ΤΙΝЄ . . Φ . . ΝΔΥCΧЄΜΑΙ	*ὡς (οὐκ ἔσ)τιν ε(ὐδαίμω)ν δυ-σχε(ρ)αί-*
ΟΝ . . ΙЄΑЄΝѠΙΚ . . . . ΘΡΑΔΟ-ΘЄΙCΙ .	*ν)ω̣ν (ῷ)ι ἐ(ξ)ένω[ι]κ̣(ε, πα)ρα-δοθεὶς (τι-*
. . . ЄC . ΙΡΟΙCΑΙ . . . . ΚЄΔΑΙ-ΜΟΝC .	*σιν ἐ(μπό)ροις ἀ(πὸ Λα)κεδαί-μονο̣(ς,*

14 *δοκεῖ* suppl. Gomp., *καταστῆναι*, quod tamen spatia vix capiunt, Buech. 15 *αὐτὸς* suppl. Wilam. 16 *οὐκ ἔστιν εὐδαίμων* supplevi, *ἐχέ)φ(ρων* incultius quam salsius 17 *παραδοθεὶς* Gomp. suppl., quae praecedunt ego 18 suppl. Buech., 19 ego. *πρ)εσ(βεύ)σα(ντι* de Pollide cogitans ci. Gomp.

L. Diog. III 18 *Τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων* (cf. Ath. XI 507 b), *ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τύραννος ὤν, ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ· ὃ δὲ διαλεγόμενος περὶ τυραννίδος καὶ φάσκων ὡς οὐκ ἔστι τοῦτο κρεῖττον ὃ συμφέρει αὐτῷ μόνον, εἰ μὴ καὶ ἀρετῇ διαφέροι, προσέκρουσεν αὐτῷ. ὀργισθεὶς γάρ, 'οἱ λόγοι σου, φησί, γεροντιῶσι·' καὶ ὅς 'σοῦ δέ γε τυραννιῶσιν*. (19) *ἐντεῦθεν ἀγανακτήσας ὁ τύραννος πρῶτον μὲν ἀνελεῖν ὥρμησεν αὐτόν· εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ Δίωνος καὶ Ἀριστομένους τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρέδωκε δ' αὐτὸν Πόλλιδι τῷ Λακεδαιμονίῳ κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ, ὥστε ἀποδόσθαι. κἀκεῖνος ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν ἐπίπρασκεν.*

Olympiod. v. Plat. 3, 9 Did. (IV p. 193 Herm.) *γενόμενος δὲ ἐν Συρακούσαις πρὸς Διονύσιον τὸν μέγαν τύραννον ὄντα ἐπειρᾶτο εἰς ἀριστοκρατείαν μεταβάλλειν τὴν τυραννίδα, δι' ὃ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφῖκτο. καὶ τοῦ Διονυσίου ἐρομένου αὐτόν 'τίνα νομίζεις ἐν ἀνθρώποις εὐδαίμονα εἶναι;' ὡς δὴ νομίζων ὅτι περὶ αὐτοῦ φήσει ὁ φιλόσοφος κολακεύων αὐτόν· ὃ δ' ἀπεκρίνατο ὅτι Σωκράτην.* sequuntur tres quaestiones cum responsis. *ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας προεῖπεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ οὕτως ἀτίμως ὁ Πλάτων ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη.* (V.) *Τῆς δὲ δευτέρας ὁδοῦ τῆς εἰς Σικελίαν αἰτία αὕτη. μετὰ τὸν θάνατον Διονυσίου τοῦ μεγάλου διαδέχεται τὴν τυραννίδα Διονύσιος ὁ Διονυσίου, μητρὸς ἀδελφὸν ἔχων τὸν Δίωνα, ὃς ἐκ πρώτης ὁδοῦ ὁμιλητὴς ἐγένετο Πλάτωνος. Γράφει οὖν αὐτῷ ὁ Δίων ὅτι 'ἐὰν παραγένῃ νῦν, ἐλπίς ἐστι μεταβαλεῖν τὴν τυραννίδα εἰς ἀριστοκρατείαν'. διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν δευτέραν ὁδὸν ποιησάμενος καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ τῶν δορυφόρων τοῦ Διονυσίου πρὸς αὐτόν, ὡς βουλεύεται τὴν ἀρχὴν περιποιῆσαι τῷ Δίωνι καὶ καταλῦσαι τὸν Διονύσιον, κρατηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παρεδόθη Πόλλιδι τῷ Αἰγινήτῃ, ἐμπορευομένῳ εἰς Σικελίαν, πρὸς πρᾶσιν. ὃ δ' ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν εὗρεν Ἀννίκεριν ἐκεῖ τὸν Λίβυν*

..............ΑΘΗ...ΛΤΟΙ	*κωλυθεὶς δ' ὑπ' α'τῶν) Ἀθή-(ναζε) ἀποι-*
ΚЄΙΝΟΚΗ....ΝЄΝΑΙΒΙΝΓΑΙ.ΘΥ	*κεῖν ἐκη(ρύχθ)η ἐν Αἰ(γ)ίν(η)ι.θυ*
.ᴗΥΗΝΑΤѠΗЄΝΑΙΓ..Η...\ΗΚ..	*Ἀ)θ[υ]ηναίων ἐν Αἰγ(ίν)ηι... ληκ..*
......ΚΤΥЄΙΥ.ѠΚΟΠΟΝ......	*......ἐ)κπεπ(τ)ωκότων... (Πε-*
Λ..Ν...ΙΑΗ.ΥΤΟΛЄΜ.ΥΑ.....	*λ(οπο)ν(νησ)ιακ(ο)ῦ πολέμ(ο)υ α...*
Γ........\ΠЄΛΥΝΗΙΝ...	*γ.........ἀπελύ(θ)η....*
ΝΙΑΙ.......ΙΑΥ.ѠΝ...Α..C	*κιαι.......ιαυ.ων...α..σ*
..ѠCΑ...\C<ΔΙѠ.......ΤΗΙ	*..ωσα...ασε Δίω(νος αὐ)τ(ῶ)ι*
ΚΑ.ΙΘЄ....ΚΑΙ..ΛΤΡ.....	*κα(ὶ ε)ὐθέ(νειαν κ)αὶ (δι)ατρ(ο-φὴν παρὰ*
....ΥCΙ....ΝЄѠΤ........	*Διον)υσί(ωι τῶι) νεωτ(έρωι κα-*
..ΑΡЄΥΑC.....ΥΝΗΝ......	*τασκ)ευάσ(αντος? σ)υνῆν......*
.......CΑΠΙ.........	*.......σαπι.......*
...ΓΗΤ....ΛΑΚΑΙ........	*καθη)γητ(ής,? ἀλ)λὰ καὶ........*
...ΠΛΑΤ..Η..........	*.. Πλάτ(ω)ν.............*
.........ΟΤCΤΟΥΓ.ΝΟΜΑ..	*..........οτε τουγ.νομα...*
......ΛΥ..ΤΟC..Ν..ЄΤΙΡΟ..	*......λυ..τοσ..ν..ετιρο..*
......ΝΤΙΑΛΙΝΟΙΚΑΔЄΚΑΙΤΙΝ.	*..ἐλθὼ)ν πάλιν οἴκαδε καί τιν(α*
......ΙΤΟΙCЄΑΥΙΟΥ.ΥΝΗΘЄCΙΝ	*χρόνον) τοῖς ἑαυτοῦ (σ)υνήθε-σιν (ὁ-*
.....ΥΤCΔΙΟΝ.CΠΑΡΑΗΛΝΘЄΙC	*μιλήσας) ὑπὸ Δίων(ο)ς παρα-κληθείς*

20 *ἐκηρύχθη* **supplevi. de subhastatione verbo utuntur Plut. Galba 5, Meleager anth. pal. V, 176, 1, alii 20 sq.** *Αἰγίνῃ* **suppl. Gomp. 23** *πολέμου* **Gomp. agnovit,** *Πελ.* **ego dubitanter supplevi; etenim Corinthium bellum, quod litterae dissuadent, temporum ratione flagitari videtur 26 sq. supplevi 28 suppl. Gomp. 36** *χρόνον* **suppl. Gomp.** *ὁμιλήσας* **supplevi 37** *ὑπὸ Δίωνος* **rest. Gomp.**

μέλλοντα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἦλιν ἐφ' ᾧ τεθρίππῳ ἀγωνίσασθαι. Περιτυχὼν οὖν τῷ Πόλλιδι ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ τὸν Πλάτωνα, κρεῖττω τὴν δόξαν ταύτην πάσης ἐν τεθρίππῳ νίκης ἀγωνισάμενος· περὶ οὗ καὶ Ἀριστείδης φησὶν ὅτι οὐδεὶς ἐγίνωσκεν Ἀννίκεριν, εἰ μὴ Πλάτωνα ἐπρίατο.

Heraclit. Alleg. Hom. cap. 78, Anecd. Matranga 1, 360, 19 sqq. *ἐν ἐλευθέρῳ δὲ σώματι* **Plato** *δουλικὴν τύχην ἠνέσχετο καὶ μέχρι πράσεως· οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ τὸν Σπαρτιάτην Πόλλιν· ᾧ οὐδ' ὡς Λιβυκοῦ χάρις ἐλέου σέσωσται, καὶ μνῶν εἴκοσι καθάπερ ἀνδράποδον εὐτελὲς ἐτιμήθη.*

37 Ep. Plat. VII 327 D *Δίων ... ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύσιον ἐμέ, καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων ἥκειν ὅ τι τάχιστα ἐκ παντὸς τρόπου.*

ΗΛΕΕΠΡΟCΔΙΟΝΥC . ΟΝCΙ . ΕΙ-ΔΙΑ	ἦλθε πρὸς Διονύσ(ι)ον, ἔ(ν)θ(α) δια-
ΒΛΝΘΕΙCωCCΥΝΕΙΓ . . . ΘΕΜωΝ	βληθεὶς ὡς συνεργ(εῖν) θέλων
ΔΙωΝΙΤ . ΙΤΗΑΙΝ . . ΙΜ . . ΡΟΥΝΗ	Δίωνι τ(ὴν) τ(υρ)α(ν)ν(ίδα ἀ)-ν(αι)ροῦντι
ΚΑΙΑΠCΛΕΤΟΜΟΝC . . ΟΔΙ . . . . ΘΕ . .	κἂ(ν) ἀπώλετο, μόνο(ν δ)ὲ δι(ὰ τῶν) θε(ῶν
ΚΑΙΟΥΔΙ . . . ΥΑΔΥΝΛ . ΛC . . . . . Ν	καὶ οὐ δι(ὰ το)ῦ ἀδυνα(τῆ)σ(αι) . . . ν
ΑCΕΙ . . . . . ΘΑΙ . . . . ΟΤΗΝ . . ΧΑΘΕ	ἀσε(βεῖν τ)ὸν (δυνά)στην (ἔ)-λαθε?
ΛΙΑ . . . . <Ε	λια . . . . ε
ΓΛ	γ . . . .

38 ἔνθα rest. Buech., ὅθεν prop. Wilam. 39 συνεργεῖν supplevi 40 τὴν τυραννίδα rest. Gomp., ἀναιροῦντι Buech. 41 κἂν corr. Arnim διὰ τῶν θεῶν supplevi.

III 316 C ἦλθον καλούμενος εἰς Συρακούσας ὑπό τε σοῦ καὶ Δίωνος.

Plut. Dion. X τὸν δ' υἱὸν αὐτοῦ ... ὁ Δίων ὁρῶν παρεκάλει πρὸς παιδείαν τραπέσθαι καὶ δεηθῆναι τοῦ πρώτου τῶν φιλοσόφων πᾶσαν δέησιν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν. — Idem phil. esse c. princ. IV p. 779 Πλάτων εἰς Σικελίαν ἔπλευσεν ἐλπίζων κτλ.

C. Nep. Dion III 1 cum Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis accerseret et eius consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit.

38 sqq. Ep. Plat. VII 329 ἐλθὼν δέ ... εὗρον στάσεως τὰ περὶ Διονύσιον μεστὰ ξύμπαντα καὶ διαβολῶν πρὸς τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι· ἤμυνον μὲν οὖν καθ' ὅσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δ' οἷός τ' ἦν, μηνὶ δὲ σχεδὸν ἴσως τετάρτῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας ἐξέβαλεν ἀτίμως ... περὶ δ' ἐμοῦ καὶ διῆλθε λόγος τις ἐν Συρακούσαις, ὡς τεθνεὼς εἴην ὑπὸ Διονυσίου τούτων ὡς πάντων τῶν τότε γεγονότων αἴτιος. cf. ep. III 318 C.

Plut. Dion. XII τῷ δὲ Δίωνι καὶ παρ' ἄλλων ἐτύγχανον οὖσαι διαβολαὶ καὶ κατηγορίαι πρὸς τὸν τύραννον ὡς διειλεγμένῳ περὶ καταλύσεως τῆς ἀρχῆς πρός τε Θεοδότην καὶ πρὸς Ἡρακλείδην. — XIII Ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει τῶν πραγμάτων ὄντων Πλάτων εἰς Σικελίαν ἀφικόμενος περὶ μὲν τὰς πρώτας ἀπαντήσεις θαυμαστῆς ἐτύγχανε φιλοφροσύνης καὶ τιμῆς. — XIV Οὐκέτ' οὖν καθ' ἕνα καὶ λαθραίως, ἀλλὰ πάντες ἀναφανδὸν ἐλοιδόρουν τὸν Δίωνα, λέγοντες ὡς οὐ λέληθε κατεπᾴδων καὶ καταφαρμάσσων τῷ Πλάτωνος λόγῳ Διονύσιον. — XVI seqq. alia minoris momenti testimonia v. ap. Zeller. II 1^4 424_1.

Col. *Z.* (12. 729 O.)

JѠ..........ЄMЄINTOΔIAΓЄ...	*ιω.......(δι)έκειντο δι' ἀγε(ννῆ*
TINЄΠA.......IΔHMЄIANΔYT.	*τιν' ἐπα(φήν? Ἀκα)δήμειαν δ' ὑπ(ο-*
ΘOMЄN.......ѠTHCAIAЄΓЄT.	*θέμεν(ος ἀντερ)ωτῆσαι λέγετ(αι*
THNΨ.......ATѠNTONΔЄ..	*τὴν ψ(...... Πλ)άτων, τὸν δὲ..*
AYTON.......NЄΨOΠAPЄCTIN/	*αὐτὸν (εἰπεῖ)ν ἐφ' ὃ πάρεστιν*
ΓЄΓPA.......ΛOΛOΓIANΔIAΛЄ	*γεγρα(φὼς τὴν ἀπ)ολογίαν. διαλε-*
ΛOYM........ЄNTONΛOΓO	*λεγμ-?........εν τὸν λόγο(ν*
ΔЄΠ...............Є	*δεπ...........ε.....*
TOTЄ	*τότε (Δίωνι Ὀλυμπίασι θεω-*
POYNTIΠAPAPAΛ.........	*ροῦντι παραβαλ(ὼν ἐναντί-*
. NTHCΠANHΠYPЄ.......	*ο)ν τῆς πανηγύρε(ως......*
TPOCΔIѠNAKAITOY.......	*πρὸς Δίωνα καὶ τού(του τὴν*
. NTЄYCIΞIN .. PABC......	*ἔ)ντευ[σι]ξιν (πα)ράβο(λον ἔφη·*
.. YΠЄP .... IΓAP......	*ἀν)υπερ(βλήτω)ι γὰρ (μνησικα-*
..........ЄNIΔ......	*κίαι Διονύσιον) ἐνή(δ(εσθαι?*
..........AYMC......	*........(ο)ὐ μό(νον ...*
..........\ΛΛѠI......	*.......ἄλλωι......*
..........COYCAI......	*.......σουσαι......*
.......ΛΛOTP..YC......	*..... ἀ)λλοτρ(ίο)υς (βεβαιῶ-*
.....PICOΦIAN.......	*σαι πε)ρὶ σοφίαν (οἷός τ' ἦν*
Π......\AKAI..ON....	*Π(λάτων, ἀλ)λὰ καὶ (μ)όν(ος ἐ-*
ΓЄ‧....ΊCAKPA......	*γέν(ετο πάσ)ης ἀκρα(σίας κρείτ-των?*

* * * * * *

Z. 1 sq. de Dionis cum Dionysio consuetudine intellego: praecesserit adverbium velut *δυσαρέστως* 2 *Ἀκαδήμειαν* suppl. Gomp. *ὑποθέμενος* 'sermonem de Academia intulit' supplevi 3 suppl. Gomp. 4 *Πλάτων* suppl. Gomp. 6 *τὴν ἀπολογίαν* suppl. Wil. 9 suppl. Gomp. 10 *ἐναντίον* supplevi 12 sq. supplevi 16. 19 sqq. supplevi.

Z. 9 sqq. L. Diog. III 25 *Τούτου, φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἐπιστραφῆναι πρὸς αὐτόν· ὅτε καὶ Δίωνι συνέμειξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον.*

Epist. Plat. VII 350 b *ἐλθὼν δ' εἰς Πελοπόννησον εἰς Ὀλυμπίαν, Δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντα, ἤγγελλον τὰ γεγονότα.*

Col. III. (15. 732 O. 164 N.)

O.	(τῶν Αἰγινητῶν ψηφισα-
MЄNΩ . KANTΩΛOYN . . .	μένω(ν) καὶ πωλούν(των
TOYCAΘH˥AIOYC . ΘTЄꟷΛO .	τοὺς Ἀθηναίους ἐπράθ(η
H/ ATΩNAΔHΛOCΩN . . .	Π(λ)άτων ἄδηλος ὢν (ὅστις
ЄCTINAꓘ∆PIΛIANΠЄI . . .	ἐστὶν ἀνδρὶ λίαν πέν(ητι·
. . . . NTC˧NΔЄTΩNA	. . . . ντων δὲ τῶν Λ(α-
KOON̄ΩNATIΩNЄΛΛΩN	κώνων ἅ τ(ε) συνεάλω
CΠЄYΔЄNTΩNΛABЄINЄN	σπευδόντων λαβεῖν ἐν
NΔHΘЄΓ . . OC . . . ¯ЄTAI	νῶι θέμ(εν)ος . . . . εται
KAITIΔ𐌋 . . <ЄΔONII . NΔЄ	καὶ τηδα . . . εδον τί (οὖ)ν δέ-
ΔIΔΩCTω . . . ΠPOCAI . CЄΛAI	διε ὥστε . . προσαι . ς ἔλαι-
ONЄMHN . CЄ . TIᑐOCΠONC	ον ἐμήν(υ)σε(ν) πρὸς τὸν ἐ-
ΩNHMЄIƆNΘAYTONKAI	ωνημένον ἑαυτὸν καὶ
CΩCANTACAPAIANΓCЄITЄIN	σώσαντα, χάρ(ιν) δ' ἀ(π)ο(τ)εί-(σ)ειν
YITICXNЄΓI . . . . . H . . CYTIXЄ	ὑπισχνεῖτ(αι εἰ)..η..ου τ(ύ)χο(ι·?
ЄKΠΛAΓЄNTA . . . . . . \Π . . .	ἐκπλαγέντα . . . . . απ . . .
ΘЄΓ . . TЄOKAIM . . . . /AΛ . . .	θε . . τες καὶ μ . . . αλ . .

III. 1 AIΠΩΛOYN N ut P 2 HΠPAC N 4 ANΔPI N ΛIANΠCNI P 5 TΩN-Λ/ P 6 NΩNO . . OINOΛΛΩ N, I:ΩNΩNA¯. CYNЄΛΛΩ P 7 CΠЄYΔON N 8 NΩCΘЄN N, NΩIΘЄM P 9 THΔ N 10 ΔIЄΩCTO P^c (tertia litt. dubia) 11 ЄTYΠPOCTONЄ N 12 ЄAYTO N 13 ꓘAP . AT N, CΩCANTACAP· IIAN . ЄΓЄIN P 14 OYT N 15 AΠ N 16 CKAIM N

III. 1 *τῶν Αἰγ. ψηφισ.* e Plutarcho supplevi. ad Platonis venditionem Aeginae factam (vide col. X med.) spectare Gomp. Buech. opinati sunt: hunc ceterorum testium vestigia in N non repperisse minime mireris. *πωλούντων* suppl. Gomp. 3 suppl. Gomp. 4 sq. *πένητι* supplevi 5 *ἦν δὲ τῶν ἀκοὴν γοῦν ἀεὶ τῶν καλῶν σπ. λ.* Arnim, rectius puto participium velut *ἀπορούντων* requirit Wilam. 7 *σπευδόντων λαβεῖν* agn. Buech.* 11 *ἐμήνυσεν* de mercis exportandae professione dictum Plutarchi ope supplevi 12 *ἐωνημένον* suppl. Buech.* 13 *ἀποτείσειν* corr. Buech.

III. 1 sqq. cf. col. X 10. 10 Plut. Sol. 2 Platoni tradit *τῆς ἀποδημίας ἐφόδιον ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ διάθεσιν γενέσθαι.*

